
14
26 0
17

C 358

13
3
h-26

~~13-7.2.1.15~~



STATVTA
CIVITATIS BENEVENTI

Authoritate Apoſtolica condita, & à Sixto V. Pontifice Maximo confirmata.

Quibus in hac poſtrema æditione acceſſerunt nonnullæ Literæ Apoſtolicæ tam ſub plumbo, quàm ſub Annulo Piſcatoris ad fauorem eiuſdem Ciuitatis per diuerſos Summos Pontifices conceſſæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMAE,

Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ. *M. DCIII.*

IN DEI NOMINE AMEN.

CVM vnaquæque Ciuitas, ſeu etiam Vniuerſitas, licet exigua, ſuis proprijs moribus, ac legibus vtatur, quibus ad rationabiliter viuendum piè, religioſè, ſanctèque ad Deum colendum, ac Superioribus & Dominis parendum inuitetur, vitia & facinora, ſaltim metu pœnarum fugere cogatur, & ad virtutes amplectendas alliciatur; ſolaq; Ciuitas Beneuentana, licet vetuſtiſsima, ac inter Ciuitates Regni nobiliſſima, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fideliſsima, ob vetuſtatem quorundam ſuorum Statutorum, ſeu potius ipſorum Centonum, & fragmentorum, quæ vix reperiebantur: quorum alia irrationabilia, alia ob diſſuetudinem collapſa, alia ob vetuſtatem conciſa à iudicibus ludibrio ferè habebantur; adeo quòd nec incolæ, nec Præſides certò ſcirent, quibus legibus regerentur, vel regerent: ſed omnia pro nutu ac arbitrio iudicum cenſebantur, & multoties cum magno, & particularium, ac ipſius Vniuerſitatis ob loci diſtantiam ab Vrbe, & ob Ciuium paupertatem damno & detrimento: Idcirco cum Apoſtolica auctoritate ſæpius huic noſtræ Ciuitati indultum fuerit, &

 præſertim

præſertim ex Breui Pij Secundi, ſub data 1459. & ex Breui Sixti Quarti, ſub data 1483. quòd interuentu, & conſenſu Officialis, ſeu Præſidis pro tempore exiſtentis, eidem liceret Statuta de nouo condere, addere, minuere, vel mutare, prout melius viſum fuerit pro qualitate temporum. Propterea annis præteritis gubernante Excellente D. Proſpero Biccillo Vrbinate Locumtenente Illuſtriſſimi, & Reuerendiſsimi Cardinalis D. Innici Aualos de Aragonia, quædam Statuta à peritis dictæ Ciuitatis condita fuere, quæ cum S. D. N. Sixtus Quintus inter multas gratias & priuilegia dictæ Ciuitati conceſſa, poſt viſitationem Illuſtris admodum, ac Reuerendiſsimi D. Ioffredi Lomellini vtriuſque Signaturæ Referendarij eiuſdem S. D. N. & Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarij Generalis, in dictaque Ciuitate, & Territorio ſuperioribus menſibus, Viſitatoris, ac Commiſſarij Apoſtolici precibus dictæ Ciuitatis inclinatus, intendat confirmare, & approbare eidem Reuerendiſſimo D. Commiſſario, necnon Illuſtri, & Excellentiſsimo D. Io. Iacobo Panico *Fiſci* Procuratori *generali commiſit, vt dicta Statuta reuiderent, & ſi quid erroneum reperiretur, corrigerent. Quibus viſis & conſideratis, auditis etiam Magnifico D. Franciſco Antonio Griffo, & Magnifico Antonio Rubino dictæ Ciuitatis Oratoribus cum eorum Aduocatis, in hanc quæ ſequitur formam redegerunt, eaque inuiolabiliter ſeruari mandarunt. In quorum, &c. Romæ die xviij. Iunij. Anno Domini,* 1588.

IN

IN NOMINE INDIVIDVÆ TRINITATIS MARIÆ Virginis, ac Beatiſsimi IOSEPH, ac SS. BARTHOLOMÆI Apoſtoli, BARBATI, & MERCVRII Tutelarium Patronorum Ciuitatis Beneuentanæ, cuius Statutorum incipit

LIBER PRIMVS.

De modo eligendi Conſilium, & eius poteſtate.

Ciuitas Beneuentana omnem poteſtatem, vices, & voces ex antiqua conſuetudine Conſilio dedit, ſicut & aliàs Vrbs Roma: & primo Conſiliũ ex Duodecim numero conſtabat: ſed poſtea creſcẽte Ciuium multitudine ad quadraginta octo adauctus eſt numerus: quorum duodecim ſunt ex nobilibus, totidemq; ex mercatoribus quaſi nobiliter viuentibus; alij duodecim Artiſtæ, & alij Agricultores exiſtunt, & quolibet quadrimeſtri duo ex quolibet ordine, & ſic octo eliciuntur, qui Conſules Ciuitatis appellantur; ipſius negotia gerant, & adminiſtrent, ſint exempti ab omnibus oneribus, alios præcedant, & ſummo in honore ab omnibus habeantur.

Nouum Conſilium eligatur ſingulo biennio in Feſto S. Michaelis Archangeli de menſe Maij per ſexdecim Electores, vʒ pro octo Conſules tunc exiſtentes, & alios octo adiunctos, duos ſcilicet ex quolibet ordine eligendos à toto Conſilio ſimul coadunato, iuxta ſolitum hucuſq; ſeruatum, & ab his dicti Quadraginta octo eligantur per ſecretas fabas, albas, & nigras, duodecim ſcilicet ex quolibet ordine vt ſupra, illiq; electi in Conſiliarios ex omnibus nominatis cenſeantur, qui plura ſuffragia tulerunt, dummodo ad minus concurrant x. vota in electione. Facta dicti Conſilij electione, omnia nomina nouorum Conſiliariorum prędictorum diuidantur (vt hucuſq; factũ fuit) in ſex partes, ita vt

ita vt in qualibet parte ſint octo Conſiliarij, duo ſcilicet ex quolibet ordine,& quolibet ex dictis ſex partibus ponantur in argentea pila,ita vt in ſex argenteis pilis omnino ſimilibus omnia Conſiliariorum nomina vt ſupra ponantur,quę ſex pilæ reponantur iuxta ſolitum in buſſula ſigillo officialis ſignata, ac deinde ſorte extrahatur à dicta buſſula per infantem vna ex dictis pilis,& qui in dicta pila Cōſiliarij deſcripti inuenientur, ſint per quatuor ſequentes menſes Conſules Ciuitatis, & ita ſingulo quadrimeſtri fiat extractio de reliquis pilis pro nouorum Conſulum electione, iuxta Ciuitatis conſuetudinem hucuſq; ſeruatā. Quę verò de Nobilibus dicta ſunt,intelligantur de Nobilibus familijs, quæ ſunt ſolitæ eſſe in Conſilio & numero Nobilium, vel de his,qui à Nobilibus fuerint prius inter Nobiles aggregati, vt infra.

In Conſilio aggregentur inter nobiles per nobiles de Conſilio ballottis ſecretis,& obtineant duas partes ex dictis duodecim inſimul cōgregatis: qui ſi non fuerint viui omnes, vel fuerint abſentes, ſubrogentur alij nobiles ſoliti per maiorem partem præſentium, & legitimè vocatorum in Conſilio vt ſupra: aliàs electio ſit nulla.

Congregentur Conſilium per Magnificos octo Conſules,niſi eſſent aliquo caſu impediti, diſcordes,aut negligentes: Tunc enim octo alij de Conſilio habita licentia à Superiore poſſint Sindico iubere & Cōſilium congregare, vbi ſupremus officialis adeſſe debeat: & eo abſente, vel impedito D.Vicarius, qui etiam ſi abſens fuerit, aut impeditus, tunc primus de Conſilio loco eorum ſedeat, & authorizetur, & loco ſuperioris dicto caſu obtineat, conſtito tamen in ſcriptis de requiſitione per Cancellarium in deſcriptione Conſilij.

In loco ſolito congregetur, nec Officialis debeat in arce,vel alio loco Conſiliarios compellere, niſi legitima cauſa ſubſiſtente, nec in rebus vniuerſitatis, aut ſigillo ſe intromittere: ſed omnia penes Magnificos Conſules & Ciuitatem liberè permaneant.

Vocati ad Conſilium accedere & intereſſe debeant,nec inde diſcedant niſi eo finito, & ſine licentia Magnificorum Conſulum ſub pœna carlenorum trium pro quolibet, & qualibet vice applicādorum Eccleſiæ Annuntiatę,& exigen. per Magiſtros irremiſſibiliter niſi infirmitate,aut iuſto alio impedimento excuſentur:& dictum impedimentū debeat per excuſatorem in Conſilio proponi: & ante omnia congregato

Con-

Conſilio per Cancellarium communis vocentur omnes deſcripti in eo,& abſentes mulctentur, & excuſentur modo quo ſupra.

Conſiliariorum ſufficiens numerus ad dictum Conſilium cēſeatur, ſi duæ partes ex tribus Conſiliariorum adſint,quarum duarum partiū maior pars debet conſentire, & in vnum conuenire, & à maiori parte diſpoſitum ratum habeatur, & inuiolabiliter obſeruetur: Si tamen negotium quod diſcutitur reſpiciat expenſas aliquas Ciuitatis, duarum partium conſenſus ex coadunatis ad minus ſufficiat: & aliter geſta ſint nullius roboris & momenti.

Negotia dum proponuntur & diſcutiuntur,ac aguntur, ſilētium inter omnes eſſe debeat,adeo quòd nemo loqui, nec votantis verba interrumpere niſi per Sindicum, & de voto interrogarentur, nec adſint iurgia & quæſtiones: & contrafacientes (monitione præcedente) pœnam Granorum decem incurrant:& ſi iniuria alicuius adfuerit,puniatur ſic iniurians,prout infra titulo De iniurijs.

Suffragia præſtentur ſecreta per palluctas,& non voce & oretenus, vt quiſque votum ſuum pro publica vtilitate, & abſq; vllo timore vel reſpectu liberè proferre valeat, Prius tamen liceat diſcutere, ſi cui placuerit propoſitum negotium,& rationes oretenus aſſignare: & aliter geſta ſint nullius momenti, & Magnifici Domini Octo incidant in pœnam vnius Auguſtalis pro quolibet Hoſpitali applicañ. & quarta in omnibus caſibus Communitatis accuſatori,vbi ipſe præuenerit detur. Sed antequam negocia proponantur, congregato Conſilio, Sindicus vel Cancellarius ad Conſiliarios accedat, & vnicuiq; iuramentum deferat de ſuffragijs abſque metu, odio, vel amore præſtando; ſed prout publica vtilitas exegerit, & propria conſcientia dictauerit, Romanorum Pontificum, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientia & reuerentia ſemper ſaluis.

Quòd ſemel fuit in Conſilio propoſitum & diſcuſſum, ſiuè obtentum,ſiuè non,per annum vlterius proponi non valeat: aliàs proponēs pœna Ducatorum vigintiquinque mulctetur, & quod geſtum fuerit irritum ſit, & inane, pro medietate Hoſpitali Annunciatæ, & pro alia medietate accuſatori applicetur. Vnicuique autem liceat proponere, quæ ſibi pro publica ac Ciuium vtilitate videbuntur, poſt tamen propoſita facta per Magnificos Dominos octo, poſt quæ audiantur propoſita

poſita aliorum de Conſilio, deinde aliorum quorumcunque; is de cuius intereſſe tractaretur inde exire debeat abſq; mora, vt hactenus ſeruatum eſt: & qui contrauenerit ſupradictis & eorum cuilibet, incidat in pœnam duarum vnciarum pro quolibet, & geſta omnia in contrarium ſint nulla, nullius momenti, irrita, & inania, & quilibet annullare poſſit, & pęnam accuſare, applicandam dicto Hoſpitali pro medietate, & pro alia accuſatori.

De eligendis Magiſtris Hoſpitalis Annunciatæ.

IN Conſilio die viij. Maij eligantur, & deputentur duo Magiſtri Hoſpitalis, ſcilicet duo ipſius Ciuitatis, cuius vnus ſit nobilis, alter de populo, fidedigni, & Deum timentes, annorum quadraginta ad minus, fiatq; electio iuxta ſolitum hucuſq; ſeruatum: ſeruetur tamen decretum in viſitatione factum per Reuerendiſſimum D. Ioffredum Lomellinum Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium generalem dicti Ciuitatis & Comitatus generalem viſitatorem, circa electionem & ſucceſſionem propinquorum, & quòd nobilis in dicto Officio creari non poſſit, niſi prius fuerit de conſilio in numero Nobilium habitus.

De electione Capitaneorum Fratrum Iuratorum.

ELigantur etiam & deputentur eadem die duodecim Capitanei Fratrum Iuratorum, qui Ciuitatem in pace cōſeruent, facinoroſos opprimant, & defenſores Eccleſiæ libertatis appellentur, niſi aliter Summus Pontifex pro tempore ſtatuerit: numerus autem Fratrum Iuratorum ſtatuatur arbitrio D. Rectoris & Conſilij.

De eligendo Theſaurario & Sindico.

INſuper octaua Septembris eligatur Secretarius, Theſaurarius, & Sindicus, qui bona vniuerſitatis iuſſu Conſulum locent, ac inſtrumenta conficiant.

De Theſaurario Ciuitatis.

THeſaurarius Ciuitatis exigat omnes introitus & collectas, debitoreſq; compellat, & exequi faciat in bonis vel de perſona, exequutionemq; pro bonis vniuerſitatis paratam habeat abſque Iudicis iuſſu

iuſſu vel decreto: licet poſtea grauati ad ſupremum Officialem recurſum poſſint habere, ſicque in poſterum debeat obſeruari.

De Sindico, & eius officio.

PEr Conſilium vnus de Ciuibus oriundis Sindicus & Procurator vniuerſitatis, qui ſit ſolicitus & diſcretus eligatur: qui ante omnia in accipiendo officium; iuret de bene & fideliter adminiſtrando officium ſuum, & prout alij Officiales Ciuitatis.

Cauſas vniuerſitatis faciat ſiuè actiuè, ſiuè paſſiuè agat & defendat, coram quibuſcunque Iudicibus & perſonis, ipſaſque proſequatur per ſe, vel ſubſtitutum vbi opus fuerit, etiam expenſis vniuerſitatis, Magnificorum tamen Conſulum iuſſu.

Curabit inſuper ne Pontes, & ædificia Vniuerſitatis deſtruantur, vel demoliantur, niſi hoc per Officiales, ſcilicet Conſules & Conſilium ordinaretur, & quia ruinoſæ eſſent, & reparari non poſſent.

Item Sindicus curam habeat ędificiorum quorumcunq; fiendorum expenſis ipſius Ciuitatis, & teneatur dare computum, & curare quòd exequantur ſibi demandata: aliàs ab Officio remoueatur, & puniatur pœna ducatorum decem, nec ad dicta ædificia peragenda poſſit alius deputari.

Item anno quolibet de menſe Aprilis euelli faciat arbores, radices, vepres, hedras, & herbas ſiſtentes in muris Ciuitatis intus vel extra, & in Pontibus, qui poſſent dare damnum, & id expenſis vniuerſitatis: & ſi negligens fuerit, puniatur pœna vnius Auguſtalis.

Item curet, quòd nullus portet currum, etiam vacuum, vel carrotias, nec traginas ſupra pontes Sancti Leonardi, Turricellæ, ac Caloris: ſed tranſeant per flumina: ſub pœna vnius Auguſtalis à conductore Curruum ſoluenda.

Item Officialibus, dùm in aſſumptione officiorum eius iuramentum præſtatur, ſecundùm quod infra poſitum eſt, Sindicus teneatur & debeat præſentare illis librum Statutorum, ne vnquam ignorantiam prętendere poſſint: & ſi qua bona mobilia Officialibus conſignantur, id fieri debeat per Sindicum, & de eis confici inuentarium, & ante diſceſſum ab eiſdem illa recipere, ſimiliter per inuentarium: aliàs de ſuo illa communi ſoluere teneatur.

Item prouideat quòd nullus inter foſſos & muros Ciuitatis præſumat fodere vel fodi facere tofos, & cretam & lapides quoſcumque: & qui contrafecerit, vice qualibet Curiæ ſoluat medium Auguſtale, & damnum vniuerſitati reficiat: liceat tamen id facere de conſenſu Conſilij pro fabrica communis.

Item Sindicus curam habere debet, ne mulieres contractum aliquē facere, vel ſeductione alicuius, vel ipſarum inducantur facilitate: qui contractus mulierum non poſſint abſq; eius decreto fieri, qui vocatus teneatur accedere, & perquirere à dictis mulieribus cauſas propter quas mouentur ad contrahendum, & non niſi imminente neceſſitate & ſeruata forma in Statuto appoſita de dictis contractibus ſuum interponat decretum: aliàs teneatur parti ad intereſſe, & poſſit ab officio remoueri. Et vbi cognoſceret mulieres cogi ad contrahendum, abſtineat ab interpoſitione decreti, & id notificet Rectori, qui prouideat vt ſibi videbitur: & vbicunque decretum interpoſuerit, habeat pro eius mercede Quinque grana.

Item vltra dictum Sindicum debeant & poſſint interuenire Notarij, ſeù Iudices ad contractus; & ſalarium diuidant, videlicet grana quinque Magnifico Sindico, & Iudici ad contractus, alia quinque ſoluantur à contrahentibus cum mulieribus.

De Procuratore Fiſcali.

PRocurator Fiſcalis per Conſilium eligatur, & vt idoneus & fide dignus eligi poſſit, quolibet anno debeant ab Officiali tres in Cōſilio proponi & nominari, ac vnus eorum à dicto Conſilio approbari, & confirmari: quæ nominatio & approbatio octaua die Septembris ſingulis annis ex antiqua conſuetudine & priuilegio fieri conſueuit, ſicque de cætero ſtatuitur obſeruari: & nominandi ſint Ciues idonei & bonæ famæ Deum timentes.

Nulla compoſitio, aut carceratorum condemnatio, vel abſolutio fieri poſſit, niſi eo audito, & legitimè citato: ſalarium à Curia recipiat, & nil aliud recipere poſſit.

De eligendo Ambaſciatore ſeù Oratore.

ELigat Conſilium Oratorem, ſeù Ambaſciatorem, vnum vel plures (vt res expoſtulat) ad Summum Pontificem, ſeù ad Superiores,

riores,vel alios quoſcunq; pro vrgentibus negocijs mittendum, & eli-gi debeat per ſecreta ſuffragia concurrentibus duabus partibus Conſiliariorum præſentium ex tribus, & ad Superiores mittatur abſq; Officialium impedimento: aliàs negocia per eum agenda ſint nulla, Ciuitatem non obliget, & expenſæ per eam non ſubminiſtrentur: & aliter eligentes incidant in pœnam Vnciarum vigintiquinque pro quolibet, applicandam vt ſupra Hoſpitali, & accuſatori pro medietate. Nec dictus Orator, ſeù Ambaſciator poſſit vniuerſitatis nomine negocia gerere, niſi id habeat in mandatis in ſcriptis,& inſtructionibus, aut litteris Magnificorum Conſulum ſigillatis: qui non poſſint alia ſcribere, niſi quæ in dicto Conſilio fuerint concluſa & ordinata, ſub pęna falſi tam Magnificis Conſulibus, quàm Ambaſciatori ſcien. imponen. & ſibi demandata, debeat diligenter procurare,& exequi ſub pœna priuationis ciuilitatis & Vnciarum x x v. quæ pro quarta parte applicetur accuſatori.

Poſſint tamẽ dicti octo vna cum adiunctis præceſſoribus ſcribere de ſceleribus & grauaminibus Officialium,modo id fiat ad publicam vtilitatem, & ipſi non prætendant aliquod particulare intereſſe.

Item durante dicto Officio ſeù legatione, non poſſit negocia aliqua nec propria, ſeù alterius cuiuſcunque peragere, etiam quòd fuerit licentiatus à Ciuitate: ſed diſcedere habeat & reuerti prius ad reddendum computa, quibus redditis poſſit reuerti ad ſui libitum, ſub pęna centum ducatorum, & priuationis Officiorum & ciuilitatis applican. vt ſupra, pro medietate cuilibet accuſatori, & pro alia medietate Hoſpitali prædicto.

Orator nullus electionem de ſe factam recuſare poſſit, niſi vrgenti & notoria aliqua neceſſitate: aliàs ipſo facto abſque aliqua declaratione à publicis Officijs remotus ſit, ac alijs pęnis arbitrio Magnificorum Conſulum, qui etiam iudicent an allegatum impedimentum fuerit iuſtum nec ne.

Habeat Ambaſciator quilibet Nobilis, pro expenſis ducatum vnũ pro quolibet die, qui tamen debeat tenere durante dicta Ambaſciaria,ſeù Legatione equum,& famulum: & ſi eos non tenuerit, debeat habere tantummodo, ſicut alius ignobilis; qui ſi contigerit, mitti pro aliquo negocio Communitatis, habeat tantùm carlenos otto pro ſin-

gulis diebus, nec teneatur tenere niſi famulum; & hoc ſi ſeparatim mitti contigerit: ſi verò coniunctim Nobilis, & de Populo tunc communiter ſalarium habeant, & inſimul de communi alantur.

Item ſtatuitur, quòd Officium Ambaſciatoris, ſeù Oratoris in negocijs quantumcunque arduis expiret, ad plus ſpatio duorum menſium, niſi per Conſilium modo quo ſupra fuerit prorogatum.

Et quia iniquum eſt, quemcunq; ex negocijs publicis vltra propriũ laborem aliud damnum ſentire; volumus, quòd ſi quid in itinere, vel alio quocunque modo, abſque eius culpa aliquã damnum pateretur, Conſilium reficiat, & iuramento damnum paſſi credatur, præuia tamen taxatione ipſius Conſilij.

Et donec pro ſeruitijs publicis abſens fuerit, nullatenus citari, conueniri, aut quomodolibet moleſtari, ciuiliter aut criminaliter poſſit.

De Ciuibus creandis, & recipiendis.

CONſilium inſuper exteros de hoc inſtantes in ciues recipere poſſit eos ſcilicet, qui ſunt bonæ vitæ, conditionis & famæ, & ſaltem per duos de Conſilio pro talibus approbatos.

Qui Ciues taliter recepti, ſint ſecuri in ipſa Ciuitate pro omnibus debitis, ante tamen ſex menſes contractis, & etiam ſi huic foro renunciauerint, nec contra alios Ciues, tunc enim poſſint conueniri. Sint etiam exempti, & ſecuri pro delictis, iuxta tamen ordinationes, & Capitula Summi Pontificis, & Catholici Regis, & non vltra.

Et dicti Ciues in adipiſcenda dicta ciuilitate, debeant ſoluere taxam eis imponendam, per Magnificos Conſules, & Adminiſtratores Montis Pietatis: & dicta taxa dicto Monti applicetur, & proponen. ſeù approban. de Conſilio, dictam Taxam ſoluere teneatur, & tàm contra Ciues approbatos, quàm approbantes, poſſit exequi, arbitrio dicti Montis.

Ciues creati gaudeant honoribus, & patiantur onera, quæ patiuntur cæteri Ciues originarij: modo tamen habitent cum familia, & parte fortunarum ipſorum, niſi ſint Barones, ſeù Nobiles Regni, quibus ſatis ſit, ſi poſt adeptam ciuilitatem infra annum emerint cum effectu, & nõ ſimulatè domum valoris ducatorum ducentorum: nec eis ſufficiat, ad tollendas fraudes, ſi rem ſibi donatam poſſideret: & aliter faciendo, ciui-

do, ciuilitas eis conceſſa ſit ipſo iure caſſa, irrita, & annullata, adeo quòd eis nullatenus de nouo, niſi poſt quinquennium concedi poſſit.

Et Ciues, vt ſupra creati, ſeù creandi iurare debeant in Conſilio in manibus Officialis, iuxta formam iuramenti inferius annotati per ſeipſos, ſi præſentes fuerint: ſi verò abſentes per Procuratorem ſpecialiter deputatum.

Forma Iuramenti præſtandi per Ciues Beneuentanos creandos ad Vaſſallagium Sanctæ Ro- Romanæ Eccleſię.

EGo talis de tali loco, iuro Vaſſallagium, Homagium, & Ligium, ac Sacramentum præſto fidelitatis in manibus veſtris, videlicet, talis Rectoris, & octo Conſulum, pro parte S. R. E. & Sanctiſſ. D. N. Papæ N. quòd ab hora in antea renuncio domicilium, & incolatum, & Vaſſallagium in tali Terra, &c. & veniam cum maiori parte fortunarum mearum, & familia ad habitandum in hac Ciuitate Beneuenti: & promitto, & iuro non renunciare incolatum per triennium, & ſemper ero ab hac hora inantea fideſis, & obediens, & Vaſſallus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctiſſ. D. N. Papæ N. eiuſque ſucceſſorum canonicè intrantium; & non ero in Conſilio, aut conſenſu, vel facto, vt vitam perdant, ſeù membra, vt capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi credituri erunt, vel vos pro parte Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ credituri eſtis per vos, aut per Nuncios veſtros, aut per litteras ad damnum eorundem, & veſtrum (me ſciente) nemini pandã; & ſi ſciuero fieri, vel procurari, ſeù tractari, quod ſit in veſtrum, vel Eccleſiæ prædictæ damnum, illud pro poſſe impediam: & ſi indicare non potero, illud Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sanctiſſ. D. N. Papæ, ſeù vobis vice, & nomine prædictorum ſignificare curabo: Papatum Romanum, & regalia S. Petri, iuriſdictionem, & iura omnia, tàm in Ciuitate eiusq; Territorio, & diſtrictu, quàm alibi vbicunq; exiſtentia, adiuuabo pro poſſe ſecundùm meam facultatem: præſtabo auxiliũ, conſilium, & fauorem, quòd bona, & iura prædicta retineantur, defendantur, & recuperẽtur, & recuperata manuteneantur: & ſic iuro in manibus veſtris ad hæc Sancta Dei Euangelia, & ſic me Deus adiuuet.

Et ſi

Et ſi dicti Ciues prædicta obſeruauerint, poſſint etiam eligi ad Officia Ciuitatis deficientibus oriundis, & non aliter, &c. Ad quæ, ſi prædictis non ſeruatis fuerit electus, electio non teneat, & eligens puniatur pęna Vnciarum quatuor Curiæ, & Hoſpitali Annũciatæ æqualiter applican. & accuſatori cuilibet de Populo pro quarta.

Quòd nemo poſsit exercere duo Officia.

NEmo tamen Ciuium poſſit eligi, ac exercere duo Officia cõmunis, ex quibus aliqua vtilitas dicto habenti dicta Officia perueniat, etiam ſi ad pias cauſas Officium prætenderetur, niſi Sindicator Officialium tantum eligeretur, vt honor, & labor apud omnes diſtribuantur: nec aliquis de Conſilio poſſit eſſe participes publicè, vel ſecretè gabellarum, aut aliorum introituum, ſeù Officiorum Ciuitatis, aût Cameræ, vel ipſa exercere per ſe, aut ſubſtitutum, vel ceſſionarium. Idem etiam ſtatuitur, de Doganerijs, ac Tabernarijs, Buccerijs, Molendinarijs, & ſtazzonarijs, non poſſint emere Officia Ciuitatis, vel exercere, ſub pœna prædicta applicanda vt ſupra.

Item quòd ad Officium electus, non poſſit recuſare, niſi vrgenti, ac notoria neceſſitate fuerit impeditus, vel legitima cauſa fuerit excuſatus: aliàs pœna trium Vnciarum, & priuationis ciuilitatis ipſo facto abſque Iudicis declaratione, ſed ſola recuſatione puniatur, applican. vt ſupra.

Quòd Officialis non poſsit cogere quenquam ad aliquid ſibi dandum.

NEc Ciuium aliquis per Officialem compelli poſſit ad aliquid dandum, vel locandum, aut ligna cum animalibus deferendum, ſiuè aliud quodcunque, niſi in caſu neceſſitatis ſalario iuſto mediante, & in ſolitis locari, vel venalibus, & niſi ad aſſociandum vexillum Eccleſiæ cum ipſo Officiali, dictiſque Ciuibus, nullum onus reale, vel perſonale per Officiales imponatur: aliàs concuſſio, & violentia præſumatur, & concuſſionis pœna puniatur, omnibus pœnis damnis refectis, & intereſſe iuramento partis liquidan. taxatione præcedente.

De

De Ciuium immunitate.

SI aliqua neceſſitas Communitati occurrerit, vt oporteret mutuũ, aut aliàs collectas imponere; tunc fiat cum conſenſu duarum partium, ex tribus præſentibus in Conſilio, & omnes pro eorum facultatibus, & induſtrijs taxentur, & exigantur, vt nemo ſit exemptus, & immunis ab onere reali, vel perſonali, niſi qui de iure exempti ſint.

Item Viduæ, pupilli, & mulieres nuptæ, quæ Virorum præſentia carent, niſi tamen prædictæ, & prædicti eſſent diuites, ita vt ſinè ipſorum damno, vel notabili incommodo poſſent Ciuitati ſubuenire, vel qui deportati in exilium miſſi, aut longa abſentia inutiles eis ſint, immunes ſeruentur ab onere reali, & perſonali.

Eccleſijs, etiam, aut Monaſterijs oblati, qui ſe ſe eorum bona Dei ſpiritu ducti obtulerunt, immunes ab omnibus ſeruentur, niſi in fraudem oblatio facta ſit, quæ præſumatur, ſi poſtea in ſæculo viuant, & negocientur.

Item Magnifici Domini Conſules, & Sindicus propter onus, quod tunc temporis maximum ſolent ſufferre, immunes pęnitus conſeruentur, & idem dicimus de Theſaurario qui dictas collectas exigere habeat, abſque alio ſalario, vt ſupra in titulo de Theſaurario.

Eligantur etiam per Conſilium Priores artium, qui capi d'Arte nuncupantur, & habeant decidere ac componere omnes differentias in illa Arte, etiam Agricultura naſcen. de iure, & de facto, & ſine ſcriptis, & quod ipſi ſtatuerint, exequutioni demandetur, non obſtante forſan appellatione ad Magnificum D. Vicarium interponenda, quæ non debet exequutionem impedire, quatenus tamen non excedat ſummam ducatorum quinque.

De Magnificis Conſulibus, & eorum auctoritate.

COnſilij Decreta, ac Breuia ab Vrbe obtenta Magnifici octo Cõſules exequi curent, & ſi fuerint negligentes puniantur pœna vigintiquinque ducatorum pro quolibet applican. pro medietate cuilibet accuſatori, & pro alia Fiſco: quod Conſilium poſſit ad eius libitum dare & auferre, auctoritate Magnificis octo Conſulibus, quoad concernentia ſtatum Ciuitatis.

Conſu-

Conſules Ciuium indemnitatibus prouideant, Officialibus commendent, ne vis aut iniuſtitia fiat, neue pauperes pupilli, viduæ, aut Eccleſiæ à potentioribus opprimantur: ſi quibus autem Officiales iniuriam facerent, Superioribus reſcribant, & prouideant.

Debeant & poſſint ſaltem duo ex Conſulibus non intereſſatis ſemel in hebdomada, vel quoties eis placuerit cum Aduocato vel Procuratore pauperum Carceratos ciuiles & criminales in Curia temporali viſitare, quibus carceres tunc pateant, eos interrogent carceratos, prouideantque ne eis iniuſtitia fiat, aut alimenta à Curia, vel à partibus denegentur, cum præſentia tamen Rectoris vel Deputati ab eo, quoad carceratos exiſtentes in ſecretis.

Item quòd Magnifici Conſules non poſſint, nec valeant vendere vel locare res Ciuitatis, niſi adueniente tempore, & fiat per menſem ſolummodo antequam incipiat ſortiri effectum venditio ſeu locatio, & antequam ementes vel conducentes res communis incipiant exercere eorum officium ſeu exercitium: & dicta venditio ſeu locatio fiat per ſubhaſtationem accenſa candela & aliter facta non valeat,& Conſules puniantur in centum ducatis pro quolibet: quæ pœna Fiſco applicetur pro medietate, pro alia accuſatori, & Ciuitati ad intereſſe teneatur: nec ipſi Domini octo Conſules, vel aliquis ipſorum directè vel indirectè, neque in dicto tempore, neque poſtea quandocunque poſt Officium poſſint ſe intromittere in aliqua ſocietate vel parte rerum venditarum per eum vel collegas in Officium, ſub pœna centum Ducatorum pro quolibet, priuationis Officij & ciuilitatis, & vltra notam infamiæ incurrat, & accuſator qui ſecretus teneatur, lucretur quartam.

Item quòd Conſules debeant ſumma ope niti hæc Statuta per quemcunque obſeruari, & ſignanter taxas & mercedes officialium & aliorum omnium, & ſingulis annis debeant per Conſilium die Epiphaniæ eligi duo, qui cum Magnificis DD. Conſulibus pro tempore curent, vt ſupra, & ſi opus eſſet poſſint hac de cauſa, etiam ad Vrbem ſumptibus Ciuitatis, vt tranſmittantur duo per Conſilium ipſi in hoc maximè inſtare: & ſi negligentes fuerint, priuentur officio de ciuilitate, & puniantur pœna ducatorum centum pro quolibet applicanda, vt ſupra.

De

De Protomedico.

ELigant Protomedicum quoties eius officium vacare contigerit, qui iuriſdictionem habeat in medicos non doctoratos, Aromatarios, Simpliciſtas, aliosq; ad dictum Officium pertinen. viſitandiq; eos cum Aromatario experto, ſi ſibi videbitur expedire: necnon ne quis exterus, etiam priuilegiatus, abſque eius licentia medeatur. Contrafaciens verò aut in medendo malitia vel errore peccantes puniat, banna publicet, & pœnas pecuniarias comminetur: ſi quis autem grauatus eſſet, ad Supremum Officialem recurrat, qui eſſe poſſit de Conſilio in hoc caſu, non obſtante quòd ſit Protomedicus.

Item quolibet anno cum vno Aromatario de menſe Aprilis ad minus, vel & prout in Ciuitate Neapolis viſitantur Aromatarij per Protomedicum, debeat viſitare omnes Aromatarias, & quæcunque inuenerit, non bona proijciat, & vendere non permittat. Et Aromatarij vendentes res non bonas aut alia contra prohibitionem Protomedici, pœna falſi puniatur, ac ducatorum decem pro quolibet applican. pro medietate accuſatori, & pro alia dicto Protomedico; & inſuper talis Aromatarius teneatur ſoluere pro mercede Protomedici ducatum vnum.

Protomedicus, vel alius Medicus ſocietatem cum Aromatarijs non contrahat, ſeù confœderationem in miniſterio Aromatariæ faciant, aliàs accuſatus & conuictus pœna vigintiquinque Vnciarum puniatur, & accuſator lucretur quartam.

De clauibus Ciuitatis, & earum Cuſtodibus.

COnſules etiam deputent Cuſtodes clauium portarum Ciuitatis, qui de ſero poſt ſonitum Aue Mariæ, debeant circuire portas & cuſtodire, & poſt duas horas claudere, & ipſas non aperiant ante duas horas noctis de mane, niſi euidens cauſa neceſſaria interfuerit, & cum licentia vnius de Conſulibus: aliàs incidant in pœnam ducati vnius pro quolibet, & qualibet vice; & eſſe debeant Ciues oriundi, & bonæ famæ, & ſtabilia poſſideant.

Sit clauiger cautus diligens, vt portæ & claues indigentes refectione reficiantur per Sindicum cum pecunia publica, qui ſollicitare &

ſtimulare ſæpius debeat, donec cum effectu reficiantur, ne poſſint ab alijs aperiri; aliàs in eadem pœna incidat.

De Nundinis, & earum Iudice.

COnſules etiam eligant, creent, & deputent Iudicem in quatuor Nundinis, videlicet Sancti Bartholomæi de menſe Auguſti, Sancti Franciſci de menſe Octobris, Annunciatæ de menſe Martij, & Sancti Honuphrij de menſe Iunij, qui exerceat iuriſdictionem omnium cauſarum ciuilium, & officium ordinarij temporalis in prædictis pœnitus conquieſcat, nec eius Curia regatur eo tempore, nec in aliquibus cauſis, etiam inſtrumentalibus, & in forma Cameræ, & in alijs quibuſcunque obligationibus ſe intromittat, & exequutores officij Domini Iudices eligere poſſint, nec Baricellus in dicto tempore ſe intromittat in rebus D.Iudicis niſi ab ipſo Iudice vocatus.

Exerceat etiam iuriſdictionem in criminalibus, in exteros tantùm in Nundinis delinquentes, dummodo pœna corporis afflictiua, aut ſtatus perturbatio non exiſtat, omneſque prouentus & emolumenta ad Ciuitatem pertineant. Incipiunt Nundinæ Sancti Bartholomæi à die quintodecimo Auguſti vſque ad xxviij. incluſiuè, ac omnes aliæ prædictæ, per quatuor dies ante & tres poſtea: in quibus ementes & vendentes ſint exempti, præterquam à gabella Suum ſeu Porcorum, & ciues habitantes non poſſint accuſari de aliquo inſtrumento tempore Nundinarum niſi poſt Feſtum.

Et cum aliquando Feſtum Annunciatæ adueniat in ſacris diebus hebdomadæ Sanctæ Nundinæ ſeù mercatum ipſius anticipetur per octo dies, vel poſtponatur octo, Conſulum arbitrio.

Item ſtatuimus & ordinamus, quòd nemo ſiuè nobilis, ſiuè ignobilis, qui fuit de Conſilio, ſeù aliud officium dictæ Ciuitatis exercuit, non poſſit denuo creari ſeù deputari, de conſilio vel ad aliud officium nominari, niſi prius oſtenderit Magnificis Conſulibus ſe reddidiſſe rationem de adminiſtratis per eum; & abſolutionem obtinuiſſe, aliàs electio ſit nulla, & eligentes incidant in pęnam vigintiquinque ducatorum pro quolibet, pro medietate Curiæ applican. & pro alia medietate alicui accuſatori.

De

De Notarijs contractum.

STatuitur, & ordinatur, quòd Notarij debeant auctoritate Apoſtolica ordinari, & deputari, & qui deinceps, in Notarium publicum admitti voluerit, debeat eius priuilegium prius Rectori, ac Magnificis Conſulibus exhibere, & per Cancellarium Communitatis in numero & matricula Notariorum deſcribi, priuſquam de contractibus rogari valeant; aliàs puniatur pœna falſi.

Item quòd Notarij creati à quatuor annis proximè decurſis, debeant ſimiliter eorum priuilegia oſtendere eiſdem, & per Cancellarium faciat ſe deſcribi in numero Notariorum: aliàs inſtrumenta aliqua conficere non poſſint; & contrafaciens puniatur pœna falſi vt ſupra, & hæc de Ciuibus oriundis in hac Ciuitate intelligendum eſt, Cæteri verò forenſes, licèt habitauerint vltra tres annos, & ſint in dicta quaſi poſſeſſione conficiendi inſtrumenta, teneantur tamen ſub eadem pœna prædicta obſeruare.

Item ſtatuimus, & volumus, quòd omnes Notarij debeant habere quinternos paruulos, vulgo baſtardellos nuncupatos, ſigillo Ciuitatis munitos, & per Magnificos Conſules ſubſcriptos, & benè ligatos cum capitellis, ita quòd folium addi, vel minui non poſſit, quin cognoſcatur, & in dictis baſtardellis annotare debeant tempore, quo rogantur primos rogitus, ſeù contractus, & non in cartulis, ſeù alijs folijs ad effectum, ne forſan deperdantur, vel mutentur, ſed quod partes dixerint, illud totum in dictis baſtardellis annotare debeant: aliàs ſi contrafecerint, pœna exilij, & Vnciarum auri decem pro qualibet vice puniantur, pro quarta accuſatori, & pro reſiduo Curiæ applicanda.

Item ſtatuimus, quòd debeant infra menſem ad plus, à die rogitus dictum inſtrumentum in baſtardello annotatum, latius extendere in libro ordinario, quem ſimiliter habere debeant ſigillatum ſigillo Ciuitatis, ſubſcriptione Magnificorum Conſulum, & in dicto rogitu, ſic in libro extenſo ad vnumquodque Inſtrumentum ſignum conſuetum Notarij, & debeant dictos baſtardellos, & libros ſeruare, & fideliter cuſtodire ad hoc, quòd poſſint aliquo petente ſemper exhiberi, ne fraus aliqua in inſtrumentis fieri poſſit: & ſi quis in aliquo

prædictorum contrafecerit, puniatur qualibet vice pœna decem Vnciarum auri, & applican. vt ſupra,& parti ad intereſſe condemnetur.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd quilibet Notarius exceptis Notarijs Curiæ Archiepiſcopalis, in concernentibus officium dictæ Curiæ tantùm, debeat quolibet menſe facere notulam Inſtrumentorum, de quibus illo menſe fuerit rogatus cum nominibus, & cognominibus contrahentium, ſpeciem, & qualitatem contractus, & bona, vel ſummam in eo contentam, præterquam à decem ducatis infra, & dictam notulam tradere intra dictum tempus Cancellario Communitatis, qui teneatur per Alphabetum illam regiſtrare in libro magno ſigillato & chartulato, vt ſupra, ad hoc vt poſſit faciliter haberi notitia facultatum & iurium contrahentium, ne quis contrahentium decipiatur.

Et Cancellarius pro eius mercede quando contigerit aliquem velle perquirere aliquod Inſtrumentum,de dicta perquiſitione, & copia annotationis contentorum in libris, habeat grana quinque poſt annum, ſi infra annum grana tria, & quòd dictus Cancellarius quinternos ſupradictos poſt eius officium finitum ſtatim, & incontinenti in poſſe ſui Succeſſoris conſignare & dare debeat per inuentarium.

Item ſtatuitur, quòd Notarij nequeant accipere de Inſtrumentis confectis, & conficiendis niſi infraſcriptam ſummam, iuxta taxam ipſorum.

De Officio Portulaniæ.

CVm Sindicus Communitatis, (vt experientia docuit) vel ob multitudinem negociorum, vel alio reſpectu Ciuitatem minus mundam eius officio teneret, ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero cura Stratarum & Viarum, tàm intus Ciuitatem, quàm extra, ſpectet ad Officium Magiſtri Portulani, qui diligenter curare debeat vias publicas Ciuitatis, & Suburbiorum mundas ob ciuilitatem, & aeris ſalubritatem tenere.

Item curare,quòd viæ publicæ ab aliquo non occupentur, neque deuaſtentur cum Capitulis inferius poſitis deſcribẽdis: quòd officium vendatur ad candelam more ſolito, & detur plus offerenti, cum fideiuſſione,arbitrio tamen Conſilij, & Capitula ſunt hæc, videlicet.

Die

Die Sabbati ante domos infra certum tempus mundan.

QVilibet à principio menſis Maij, & vſque per totum menſem Septembris, teneatur ante domum ſuæ habitationis, vbilibet poſitam pro latitudine, & continentia domus vſque ad medietatem Viciniæ qualibet die Sabbati mundare, ſub pœna quinque Granorum.

De immunditijs proijciendis in lauinis.

ITem quilibet poſſit ante domum ſuam mundare, & immunditias proijcere in plateis, vel vijs quando curſus aquæ per ipſam plateam decurrit in tantum, quòd ipſa aqua decurrēdo deportet eaſdem, & non aliter, & qui contrafecerit, carlenum ſoluat.

Mortacinia in vijs, & infra foſſos proijcienda nullatenus.

ITem, quòd nullus præſumat intra Ciuitatem vel extra muros infra foſſos, nec in vijs Suburbiorum proijcere equos, & aſinos mortuos, vel alia animalia groſſa, vel partem ipſorum, ſub pœna vnius Auguſtalis: ſed ipſa cadauera mittantur ad munditiaria, & loca deputata, & credatur cuilibet bonæ famæ accuſanti, qui quartam partem habeat.

De porcis infra certum tempus intus Ciuitatem non tenendis.

ITem, quòd à primo Iunij vſque & per totum menſem Septembris, nullus debeat tenere porcos de die infra Ciuitatem, ſed ipſos de mane extrahat, & vſque ad Solis occaſum venire non permittat, niſi intra domum retineat: de nocte autem vltra: vnum, vel ad plus duos nullus præſumat ſub pœna infraſcripta: Qui contrafecerit quoties fuerit accuſatus, ſoluat Portulano grana quinque pro quolibet

quolibet porco, à cuius ſolutione non liberetur licentia Mareſcalli, vel alterius Officialis.

Quòd à feneſtris immunda non proijciantur.

ITem, quòd nullus, ſeù nulla à feneſtra, ſeu loco alio proijciat aquam cineratam, vel immunditias in vijs publicis, neque canalia in vias publicas reſpondentia tenere, & per ea dictas aquas, vel munditias proijcere, niſi aquam mundam, ſub pœna Granorum quinque: & ſi proijciens tranſeuntem madefecerit, vel deturpauerit, habitator domus damnum emendet: & ſi paſſus iniuriam Portulano quærelam fecerit, pœna vnius carleni puniatur.

Vt viæ publicæ mundæ ſeruentur.

ITem ſtatuitur & ordinatur, quòd nullus audeat proijcere in vijs, & locis publicis & vicinalibus immunditias, vel alia ſordida, fœtida vel mortacinia: & qui contrafecerit, vice qualibet Grana decem Portulano ſoluat, & mundare teneatur.

Item, quòd nullus audeat ante domum alicuius ventrem exonerare, aliàs teneatur mundare, & Grana quinque ſoluat, & pro pueris & puellis teneantur pater & mater: & ſi non reperiatur, vel ſciri poſſit, tunc vicini, qui commoditates non habuerint mundent, & renitentes dictam pœnam ſoluant: excuſantur tamen à pœna prædicta illi, qui dictas immunditias incontinenti mundauerint.

Vias publicas deuaſtare non licet, nec deteriorare.

ITem, ſi quis in ſuo foderit extra Ciuitatem, & ob hoc via publica deuaſtetur, vel deterior fiat, debeat eam ſuis ſumptibus reparare, & pœnam duorum Tarenorum ſoluat: & interim donec reparatio fiat, vnicuique tranſeunti ſit licitum, abſque metu pœnæ per locum fodien. iter facere.

Item quòd viæ, ſiuè vicinales, ſiuè publicè non occupentur in aliqua parte, & ſinè auctoritate Domini prædiorum Separarias ſuper ea pendentes ſemel in anno incidere, & reſecare, ſub pœna vnius Tareni non reſecantibus ſepes, & occupantibus carlenorum quinque, & ſicut ſepes ſupra vias teneatur purgare ſic, & ſi terrenum de ſuo ceciderit,

derit, teneatur limites ad priſtinum ſemper tenere & reducere, ſub eadem pœna vnius Tareni.

De Barbitonſoribus & ſanguine humano non proijciendo in vijs.

ITem prohibentur Barberij, & Flobmatores extra apothecam in vijs & locis publicis, & locis Vicinalibus ſanguinem retinere, neque pilos proijcere; ſed teneantur intus apothecam ſub banchis abſconditi, quòd non videantur ab intrantibus donec ſit eis habilitas proijciendi: & qui contrafecerit, pœna vnius carleni puniatur.

Item quilibet Dominus ſiuè directus, ſiuè vtilis, teneatur facere latrinam pro recipiendis immunditijs corporum, ſub pœna vnius Vnciæ: & quilibet habitator teneatur facere ſumptibus mercedis domus locatæ.

Item quòd in omnibus iſtis caſibus pœnæ applicentur Portulano, detur quarta accuſatori vt ſupra, vbi accuſator interuenerit.

Item in caſu refectionis, ſeù receptationis, (inſtantibus tamen Conſulibus, vel Sindico) viarum publicarum debeat patronus ducere francas, ſeù illas de comitatu eorum ſumptibus, ad dictas vias reficien. & aptandas, qui poſſit, ob id dictis franchis iubere, & inobedientes punire pœna vnius carleni proponendo vno operario.

Item, quòd nemo olearia ſeù aquas ex centimulis proijciat in ſtratas publicas; ſed eas in aquæductus, in locis ipſorum priuatis facien. proijcere debeant & tenere: alias contrafaciens pœna vnius ducati pro qualibet vice puniatur, & ad intereſſe partium teneatur, ſi veſtimenta deturpentur.

Item, quòd Mareſcalli æquorum & aliorum animalium curatores, & ferrarij dictorum æquorum, non debeant permanere in ſtrata publica magiſtrali, nec dicta animalia ibidem curare aut ferrare: ſed in alijs ſtratis tranſuerſalibus alias contrafacientes pœna vnius tareni pro qualibet vice mulctentur.

De Officio Iudicis Portulaniæ,& Catapanorum.

VOlumus, quòd per Conſilium Ciuitatis eligatur diligens & literatus & practicus homo, qui ſit & eſſe debeat Iudex Magiſtri Portulani & Catapanorum, & talis Iudex habeat pro qualibet ſententia diffinitiua in contradictorio lata carlenum vnum, pro alijs quibuſcunque ſpectantibus ad dictum Officium nihil pœnitus recipiat, & à Ciuitate habeat ducatum vnum ſingulo menſe pro eius ſalario, & dictus D. Iudex teneatur per quatuor menſes primos poſt electionem de eo factam aduocare, vel procurare pro pauperibus & carceratis gratis & amore Dei.

De Catapanis, & eorum officio.

ITem volumus, quòd Officium Catapanorum ſi vendatur, ſimiliter id fiat more ſolito ad lumen candelæ, cum Capitulis in eorum Officio poſitis, de quibus infra, & pœna tota ſit emptoris, & non alterius dempta quarta pro accuſatore vbi interfuerit & præuenerit in accuſando, & earum capitula ſunt hæc infraſcripta.

In primis, quòd prædicti Catapani debeant iurare de eorum Officio fideliter, & ſinè fraude exercendo, & ſicut cæteri Officiales iurant ſeruare eorum capitula & Statuta, quo præſtito curent, quòd Buccerij, Apothecarij, Molendinarij, Tabernarij & alij vendentes ad pondus & menſuram, quòd pondera & menſuras habeant iuſta & iuſtas & approbatas: & ſi quos inuenerit tenere iniuſtas, eos accuſare & denunciare debeant coram Iudice dicti Officij, nec non inhibere & curare, quòd infecta & corrupta non vendantur, & quædam alia obſeruentur, prout in rubrica Aſſiſiæ continetur, quorum ſeù alterius ipſorum accuſationi cum iuramento, & vni teſti credatur, niſi per accuſatum euidenter contrarium probetur; & quod ipſi Catapani habere debeant pœnam in quam incurriſſe aliquem fuerit declaratum.

Item quòd Catapani ſeù emptores dicti Officij non poſſint ſe concordare cum vendentibus, aut fraudes committere in eorum Officio; aliàs in pœna vnius Vnciæ tàm ipſæ, quàm venditores ſe concordantes incidant applican. Theſaurario Ciuitatis prædictæ, & à quolibet poſſint accuſari, & medietatem dictæ pœnæ habeant.

Ponde-

Pondera & Bilanciæ iuſtè haben. idemque in menſuris:

ITem, quòd Apothecarij tenere debeant pondera ſignata ſigno Curiæ, & bilancias iuſtas, prout de Buccerijs eſt ordinatum, ſub pœna vnius Auguſtalis.

Idem quoque dicimus in Buccerijs & alijs quibuſcunque vendentibus ad pondus & menſuram, etiam mercatoribus, aut ſolearijs vendentibus ſoleas, aut ligna ad menſuram aut alijs quibuſcunque vendentibus ad pondus & menſuram vt ſupra, qui teneantur habere pondera & menſuras iuſtas, & cum eis iuſtè vendere. Et quod habeant decinam, mediam decinam, rotulum, medium rotulum, & quartum rotuli, & vnumquodque per ſe ſignatum ſigno Curiæ ab habente poteſtatem ſignandi: & contrafaciens pœna vnius Auguſtalis puniatur.

Item, quòd quilibet Ciuis ſeù exterus, qui cœperit, ſeù conduxerit Apothecam in plateis ſeù pontile ad vſum ſtazzonariæ, teneatur pro illo anno tenere apothecam fornutam de omnibus pertinentibus ad dictam artem ſecundùm qualitatem temporis, ſub pœna vnius Auguſtalis applican. vt ſupra: & omnia bona exiſtentia in eorum domibus ad dictum vſum, cenſeantur pro vſu apothecæ, & non pro vſu domus.

Item, quòd Tundinæ, Tarantelli, & Sardæ & omnia genera ſolita in barrilis debeant vendi ad aſſiſam Magnificorum Graſſeriorum cum interuentu Catapanorum, ad pœnam prædictam applicandam, vt ſupra.

De Doganerijs.

STatuimus & ordinamus ad tollendas fraudes, quòd Doganerij teneantur habere in Dogana Tumulos quartos, & medios quartos ſignatos ſigno prædicto Curiæ, nec alios niſi iuſtos & ſignatos ſigno prædicto Curiæ in ea habere poſſint, etiam illas menſuras cum quibus ſumunt iura Doganæ, aliàs vulgo detta la menſuratura, ſub pœna vigintiquinque ducatorum pro qualibet vice.

Quòd ſolui debeat pro ſigillo Curiæ imponendo ponderibus & menſuris.

Item, quòd emptores ſeù conductores dicti ſigilli à Curia pro quolibet ſigno imponendo per eos in ponderibus & menſuris recipere debeant granum vnum, & non vltra: & ſi vltra receperint, ad quadruplum teneantur.

Ciues pariter vendant in domibus cum ponderibus & menſuris ſignatis.

Item volumus, quòd quilibet Ciuis vendens vel emens in domo propria ad pondus vel menſuram, licet de bonis proprijs id faciant; pariter debeant tenere pondera & menſuras ſignatas vt ſupra, & cum eis vendere: aliàs incidant in eandem pœnam.

Volumus tamen, quòd menſuræ & pondera priuatorum ſemel ſigno prædicto ſignatæ, vltra ſignis ipſis durantibus non ſignentur.

De Tabernarijs, & eorum menſuris.

Item, quòd Tabernarij & omnes alij vendentes vinum, habeant, & teneant in Tabernis & Cellarijs Mezzullas & tornenſes, quas teneant ſignatas ſigno Curiæ vt ſupra, & cum eis vendant ſub pœna medij Auguſtalis.

Item, quòd accedentes ad hoſpitium, ad hoc vt caupo teneatur, debeant ei aſſignare valigias & bona quæ ſecum aſportant, & de aſſignatione credatur dicto vnius teſtis tantùm cum iuramento principalis: & tunc dictus caupo teneatur dicta bona cuſtodire, ita quòd teneatur de qualibet culpa, etiam leuiſſima, & pro quocunque in eius hoſpitio exiſtente, & ſemper contra eum præſumatur.

Et ſi bona non fuerint vt ſupra aſſignata, forenſis non poſſit agere contra dictum cauponem niſi quatenus ipſe, vel eius famuli fuiſſent in aliquo dolo vel lata culpa; & ſi conſignauerint valigiam vel aliquid aliud clauſum, & apertum reperiatur: contra cauponem iuretur in litem de bonis ibi exiſtentibus præuia Iudicis taxatione.

Item

Item, quòd Tabernarij & alij quicunque debeant habere menſuram pro vendendo ordeo ſigillatam ſigno conſueto: aliàs teneatur ad pœnam ſicut ſupra.

Idem de alijs quibuſcunque menſuris.

De Buccerijs:

STatuimus, quòd Buccerij teneantur notificare Graſſerijs, & cuilibet emptori qualitatem & conditionem carnium, quas vendunt, & quòd non audeant tenere in vna apotheca & banca carnes ſcrofæ cum carnibus porci, nec montoninas, nec porcinas, cum carnibus caſtratorum; & qui contrafecerit, pœna vnius Auguſtalis puniatur.

Item, quòd nullus audeat vendere carnes infectas pro bonis, ſcrofas pro Porcinis, nec pro caſtratis, montonos, capras, vel pecudes, & contrafaciens, pro qualibet vice pœna vnius Auguſtalis puniatur, & carnes amittat, vel per menſem ſtet in carceribus.

Item, quòd Buccerij teneant bilancias iuſtas, & quòd bilancia vbi ponuntur carnes, ſtet in altiori loco alia digitis duobus ad minus, ſub pœna medij Auguſtalis: nec in dictis bilancijs debeant ponere contrapiſos ad pœnam prædictam, quòd eſt etiam obſeruandum in omnibus vendentibus ad pondus.

Item, quòd Buccerij vendant carnes ſecundum aſſiſiam ordinatam per Graſſeriòs à Magnificis Conſulibus deputandos, niſi vendere vellent minori pretio quàm ſit ordinatum, dùm tamen, quòd vendant carnes bonas, & non infectas, ad pœnam vnius Auguſtalis.

Item, quòd carnes bouinas vendant ad taxationem Graſſeriorum, & quòd in eis non vendant gambonem, caput, pedes, & inteſtina, & ſic ſimiliter caſtratinas: & qui contrafecerint, pœnam vnius Auguſtalis ſoluant.

Item cùm vendunt carnes ſcrofinas debeant ſcaldare & vendere ſecundam aſſiſiam, & ordinationem Graſſeriorum, ſub eadem pœna.

Item, quòd non incidant teſticulos alicuius animalis, & maximè caſtrati, ſed illos relinquant donec à Graſſerijs videantur, & approbentur.

Item, quòd non vendant carnes recentes ad pondus vel aliter ad minutum, niſi in plancis Curiæ conſuetis ad pœnam vnius Auguſtalis, &

lis, & ſi carnes eſſent infectæ, ipſas vendere debeant, ex deliberatione Graſſeriorum ad petias tanquam infectas extra plancas prædictas, ſub eadem pœna.

Item, quòd Buccerij teneantur aperire caſellas, & oſtendere Graſſerijs carnes & pondera ibidem repoſitas quoties erunt requiſiti: & qui hoc facere denegauerit, vice qualibet medium Auguſtale ſoluat.

Item, quòd caueant ipſi Buccerij in plancis, ſeù iuxta loca plancarum proijcere ſanguinem, ſtercora, nec aliquas immunditias, vnde corruptio poſſit generari; ſed ipſa loca munda ab omnibus ſordibus cuſtodiant: & contrafaciens vice qualibet pœna duorum Tarenorum plectatur.

Item, quòd dicti Buccerij vltra duos dies, computata die occiſionis animalis, non teneant carnes in planca ad vendendum à Feſto Dominicæ Reſurrectionis, vſque per totum menſem Octobris; & à principio menſis Nouembris vſque ad dictum Feſtum, diebus tribus, aut quatuor ad plus tenere & vendere poſſint, & non vltra. Contrarium verò faciens, pro pœna ſoluere teneatur duo Auguſtalia, & carnes perdant.

Item, quòd non negent, nec differant vendere carnes cuicunque emere volenti, poſtquam animal mortuum viſum & approbatum fuerit per Graſſerios, dummodo qui volens emere petat emere ad minus quartulam Rotuli: & qui contrafecerit, pœna medij Auguſtalis teneatur, niſi carnes exiſtentes in planca non eſſent venditæ, ponderatæ, & ligatæ, & adhuc alijs vendere denegaretur, quo caſu iuramento venditoris non ſtetur, ſed iuramento emptoris nominati, ſi talis emptor non eſſet macellator, vel Gabellotus, ſub pœna vnius Auguſtalis.

Item, quòd dicti Buccerij ad pœnam vnius Auguſtalis faciant, vendant, & miniſtrent, carnes abundanter ſecundùm qualitatem temporum & formam capitulorum, quibus gabella carnis vendi ſolet; & fierent per Ciuitatem.

Item, quòd nullus Buccerius audeat animal quodlibet interficere extra locum Macelli, ſi carnes minutim vendere non voluerit: & ſi contrafecerit, pœna duorum Tarenorum puniatur.

De vendentibus carnes ſalitas, tundinas, caſeum, Recoctam, & ſal.

ITem vendant carnes ſalitas ſcrofinas, aut porcinas, bonas tamen ad aſſiſam Graſſeriorum, ad pœnam medij Auguſtalis.

Item caueant ſub eadem pœna vendere tundinam, caſeum, recoctam, & ſal, præter & vltra aſſiſiam & prouiſionem prædictorum.

De aſſunſia, & ſepo vendendis.

ITem, quòd dicti laniones omnibus petentibus vendant aſſunſiam, & Sepum minutatim, iuxta aſſiſiam prædictorum, ſub pęna duorum Tarenorum.

De candelis vendendis:

NEque Apothecarij ipſi, aut Aromatarij, ſeù alij quicunque tencant in apothecis, vel vendant candelas cereas, ſeù de Sepo mixtas cum alijs rebus; ſed eas de cerapura, & puro ſepo: & maximè aduertendum eſt in cereo magno Sabbati Sancti, vbi mixturæ fieri ſolent per dictos Aromatarios, non autem in ijs, quæ aſportantur à Venetijs, vel alijs publicis mercatis, neque ponant lycnum, ſeù lucinium de filato lineo, aut in magna quantitate, ſed de bombace: & pro qualibet libra ceræ, & candelæ vnam vnciam lucinij: aliàs contrafaciens candelas amittat, & pœna Auguſtalis mulctetur. Et dicti venditores debeant dictas candelas de Sepo tantùm vendere ad pondus, & ſecundùm aſſiſiam prædictorum; aliàs in eandem pœnam incurrant.

De Molendinarijs.

ITem Molendinarij bonam farinam faciant ſine intexura vel mixtura aliqua, & abſque fraude, vel diminutione, & tencant molas cum circulo, tina nuncupata, non amplius duobus digitis ab eis ſeparato & diſtincto: nec debeant tenere foſſas in molis, aut loca vacua circumcirca, ne aliàs farina impleantur, & magnam quantitatem frumenti abſorbeant, ſub pœna vnius Auguſtalis, ad quod Catapani

tapani qualibet hebdomada aduertant, & ipſis negligentibus, omnes de Populo.

Habeantq; & recipiant pro quolibet modio macinando Tornienſes duos cum dimidio pro macinatura, iuxta antiquam conſuetudinem hactenas obſeruatam, & amplius recipere non poſſint niſi minus, & ſtetur in arbitrio & electione Ciuium ſoluere dictos Tornienſes duos cum dimidio, aut menſuram ſcutellæ frumenti capacitatis, ad rationem vigintiquatuor pro tumulo niſi in molendino Ponticelli, quando rumpitur palata communis aliorum Molendinorum, quod poſſint recipi grana duo cum dimidio pro tumulo ſecundum antiquam conſuetudinem: aliàs contrafaciens pro qualibet vice in pœnam Auguſtalis incurrat.

Necnon ſtatim accedentes ad molendinam pro macinando expedire, & deſeruire debeat, vt qui prius venerit, aut miſerit vicitam, prius expediatur: & ſi quis de facto miſcuerit, & primum turbauerit, teneantur Molendinarij ſtatim leuare aquas, & prohibere ſecundum ne primùm impediat, & res de facto poſitas & mixtas cùm primo amittere faciat; aliàs in pęnam prædictam incurrant.

Præferuntur tamen omnibus alijs anterioribus quibuſcunque domini Molendinorum cum patre, matre, Officiales Iuſtitiæ, poſtea Magnifici Conſules, ſicque prædicti Molendinarij præferre debeant ſub pœna prædicta. Inſuper quia aliquandò Molendina ex palatis, ſeù ſperonibus, aut alijs impedimentis, quæ in fluminibus fiunt, damnum patiuntur, aliquando vicinis fit præiudicium & lites oriuntur: Ideo ſtatuitur, quòd nemini liceat talia facere in flumine publico, aut priuato, quæ ſi vltra duos pedes prætendant in flumine ſub pęna ducatorum decem, & opus demoliri, ſtatim quis poſſit impunè, etiam ſi damnum vicinis non inferret; & ſi interim intuliſſet, vltra pęnam, damnum etiam reficiat.

Neque ipſi Molendinarij debeant ſub aliquo colore res ſuas intermezare: ſed in principio tantùm poſſint, dùm ponunt Molendinum agutatum ad macinandum, neque etiam poſſint ſæpius acutare niſi ſemel diù, noctuque aut requiſiti fuerint à macinante volentibus.

Cùm ſæpius acutando Molendinum, ac ſe ſe cum macinatoribus

interpo-

interponendo, ſimiliter nihil relinquunt; aliàs contrafaciens dicta poena Auguſtalis puniatur.

Ipſi etiam Molendinarij teneantur ponere molendinum acutatum ad macinandum, donec impleatur, & ipſe poſtea acutandi, quod ſupereſt, aut ſi macinare volentes ad macinam poſuerint, & expectauerint, donec acutitur, teneantur Molendinarij eiſdem, quod inuentum fuerit aſſignare, ſub poena prædicta, & teneatur Molendinarius ponere molendinum acutatum ad molendum ſuo frumento.

Et ſi Ciues voluerint frumentum Molendinarij ad pondus conſignare, vt tantundem farinæ reſtituatur; tunc & eo caſu, & ad hunc effectum teneantur habere ſtateram cum conio, vt æqualiter permaneat, necnon & peſam Rotulorum 41. & alia pondera minuta, quæ mulieribus & perſonis ſimplicibus idiotis ſint nota, ne fraudentur: aliàs poena eiuſdem Auguſtalis ſi defecerint, & non reſtituerint puniantur.

Item, quòd nemo in formalibus Molendinorum poſſit animalia ponere, aut quomodolibet ſe intromittere, niſi licentiam Molendinariorum obtinuerint, aut ius faciendi habuerint.

De Hortulanis.

AD Catapanos pertinet etiam quòd Hortulani & alij venditores non teneant ad vendendum, nec vendant pepones, ſeù melones, cetrulos, ac cucurbitas niſi ſpatio duorum dierum à recollectione, quibus elapſis, aut donent; aut proijciant ad poenam vnius Tareni.

Nec teneant, aut vendant infra Ciuitatem cetrulos à primo die Iulij vſque & per totum menſem Auguſti, & melones à die xv. Auguſti vſque & per totum eundem menſem: ſed extra moenia Ciuitatis vendant, niſi aliter ex cauſa rationabili ſecundùm temporum qualitates fuerit per Catapanos & Graſſerios tempus prorogatum: alias pro qualibet vice Tarenum vnum contrafaciens pro poena ſoluat, & res amittat, quas vnuſquiſque poſſit ſine precio propria auctoritate accipere.

Dictique Hortulani, & alij reuenditores debeant olera quæcunque minutim vendere, ac facere faſciculos caulium, & caulicorum valo-

ris vnius

tis vnius Tornienſis, & medij Tornienſis, ac denarij, ſeù diuiſibiles in denarios & medios Tornienſes ad requiſitionem ementium, & ad electionem Grafferiorum, ſub pœna vnius Tareni pro qualibet vice à quolibet ſoluenda.

Nec poſſint vendere endiuias quantumcunque magnas, etiam ſi penuria eſſet plùs vno Tornienſe, & pro quolibet carleno vendant quartam partem ad rationem medij Tornienſis pro qualibet.

De Pomarolis.

VEndentes poma, aut fructus, ſi fuerint Ciues, & de franchis poſſint vendere ad pondus abſque aſſiſia Grafferiorum, ſed eorum arbitrio: ſi vero exteri voluerint vendere, debeant petere aſſiſiam à prædictis, & vendere compellantur, ſub pœna amiſſionis fructuum, ſi à Catapanis requiſiti, & dicta pœna comminata vendere recuſauerint.

Idem cenſetur, & ſtatuitur in vendentibus caſeum, & recoctam, pecorinam, caſeum vaccinum ſardiſcum, & alia eiuſdem generis.

Fructus tamen & olera marcida & corrupta, vel infecta, & damnoſa ad comedendum venditores minimè vendant: & ſi inſtante, iubenteque Grafferio non eijciunt, pœna vnius Tareni puniantur, & fructus oleraque amittant.

Item ſtatuitur, quòd vendentes dicta poma fructus, caſeum omnis generis vt ſupra, aues carnes ſilueſtres, tabulas & alia lignamina, debeant illa vendere publicè in plateis publicis ſolitis & conſuetis per ſex horas poſtquam venerint tenere, nec recattarij, ſeù reuenditores antè dictum tempus emere reuendendi cauſa poſſint: aliàs ſub pœna Auguſtalis puniantur.

De Panetterijs, ſeù vendentibus Panem.

SVb cura Catapanorum, ſunt etiam Panetterij, & Panetteriæ vendendi panem, qui debeant facere panem venalem ad pondus, prout Grafferij ſolent ordinare, & iuſti ponderis ad vendendum, tàm in proprijs domibus, quàm locis publicis, & ſint panes cocti ſtagionati non minus fermentati, neque in totum ſine fermento, aut non bene

bene furti ad aſſiſiam prædictorum, ſub pœna vnius Grani pro rotulo, & prout Graſſerij gratiare voluerint.

Poſſintque Graſſerij & Catapani quoties voluerint dictos panes ponderare, ac furnos ingredi vbi panes coquuntur, & compellere in neceſſitatibus Panetterios, & Panetterias ad faciendum panem, ſub pœna vnius Auguſtalis.

Et vt dictis Panetterijs iuſtam aſſiſiam imponere poſſint, Graſſerij debeant ſolliciti eſſe quolibet die Sabbati ad certiorandum ſe de valore frumenti, & prout valuerit, ita panibus aſſiſiam imponant.

De vendentibus Piſces.

VNicuique liceat vendere Piſces fluminum, qui dulces nuncupantur, dummodo in loco ſolito gabellæ piſcium, & ad aſſiſiam Graſſeriorum, ſcilicet ad rationem granorum ſex pro quolibet rotulo in diebus, in quibus caro comedi ſolet, & Granorum ſeptem tempore ieiuniorum, & quibus caro non comeditur, & aliàs prout Graſſerijs pro ipſorum qualitatibus, maximè in Quadrageſima videbitur aſſiſiam augere, & licentiam plus vendendi impartiri, Piſces verò Maris & lacuum, qui ex longinquis veniunt, vendi poſſint omni tempore ad aſſiſiam prædictorum imponendam, etiam in Sertatellis: aliàs contrafaciens pœna vnius Auguſtalis puniatur, Anguillæ autem vendantur ad rationem Grani vnius pro rotulo vltra alios Piſces.

Sed curare Graſſerij, & Catapani debeant ne piſces fœtidi, aut aliàs nociui, vel prohibiti aliquo tempore vendantur: & ſi vendere auſi fuerint prohibiti vendere, in pœnam Auguſtalis incurrant, & piſcibus priuentur.

Nemo tamen cauſa reuendendi piſces emere præſumat, niſi caupones, qui coctos tantùm reuendere poſſint; aliàs eadem pœna puniantur: qui caupones non poſſint emere piſces fluminum in gabella, niſi in defectum aliorum emptorum, & quòd omnes Ciues eiſdem præferantur.

Item, quòd emptores gabellæ Piſcium, neque per ſe, neque per conſanguineos, aut interpoſitas perſonas, ſub quouis colore, tàm pro ſe, quàm pro alijs non poſſint emere piſces in dicta gabella exi-

ſtentes, niſi medium rotulum pro qualibet die pro vſu proprio tantum: aliàs in pœnam Auguſtalis incidant pro qualibet vice applican. vt ſupra.

De vendentibus Lac.

Item ſtatuimus, quòd vendentes Lac per Ciuitatem & Suburbia ſtudeant illud vendere mundum & lympidum, abſque immunditijs, & abſque aqua mixta vel fraude, ad pœnam vnius Tareni vice qualibet, quam Catapanus nullo modo remittat.

Nec miſceant eum lacte aſinino, aut aceto: ſed ſit lac ouium, caprarum, & vaccarum tantum, quorum ſi alia certitudo dari nequeat, iuramentum deferatur.

De facientibus & vendentibus Pincos ſeù Imbrices, & Calcarijs.

Item ſtatuitur & ordinatur, quòd calcararij vendant calcem benè coctam ad pondus decinarum decem, & rotuli vnius pro qualibet peſa, & debeant tenere peſam, ac pondus huiuſmodi approbatam à catapanis, & ſigno Curiæ ſignatam, ſub pœna medij Auguſtalis. Debeantque facere pincos, & imbrices, necnon lateres, ſeù mattonos, & ſpenzarellos ad iuſtam menſuram, ab omnibus tenendam æqualiter & benè coctos, & ſtationatos vendere, ad pœnam eandem.

De augmento pœnarum, in officio Catapani.

Item ſtatuitur, quòd ſupradicti vendentes, ſcilicet Buccerij, Tabernarij, Molendinarij, Stazzonarij, qui contraueniendo in dictas pœnas inciderint, pro prima vice ſimplum ſoluant, pro ſecunda duplum, & pro tertia per menſem carcerentur, & pro reliquis arbitrio Rectoris puniantur, etiam pœna corporis afflictiua; citra tamen pœnam mutilationis membrorum.

De

De Bilancijs Ciuitatis.

COnſules inſuper vendant bilancias, & deputent emptorem ad exigendum granum, & emolumenta bilanciarum, ſcilicet rotulum vnum pro qualibet ſalma fructuum, caſei, piſcium, aliorumq; quæ ad rotulum venduntur; pro qualibet verò ciſta, quartam partem rotuli, & idem intelligatur Statutum in Catapanis: & hoc intelligendum eſt, de exteris tantùm, qui non poſſint aliter vendere, nec in alijs bilancijs, niſi dicto rotulo ſoluto. De Ciuibus & franchis nihil innouetur, ſed emptor bilanciarum teneatur dare bilancias, bancas & pondera iuſta & ſignata eius ſumptibus dictis exteris, ſi quis autem aliàs vendiderit, pœna medij Auguſtalis puniatur, necnon emptores dictarum bilanciarum debeant tenere loca munda vbi bilanciæ, & banchæ tenentur, non tamen cogantur ad.

De damnis datis.

STatuitur, quòd officium damnorum datorum publicè vendatur ſicut in alijs rebus Ciuitatis prædictæ fieri ſolet, & debet; ſed cum infraſcriptis capitulis nunquam mutandis, & inuiolabiliter ſeruandis: quòd ſi aliter vendatur, venditores & emptores, incidant in pœnam Vnciarum decem applicandarum dictó Hoſpitali, pro tertia parte, pro alia tertia Curiæ, pro alia cuilibet accuſatori, & quòd venditio ſit nulla, & per Magnificos Conſules ſingulis quatuor menſibus deputetur Iudex, qui condemnare, vel abſoluere debeat iuſtitia mediante, & emptor officij, in alijs non ſe intromittat niſi in proſequendo querelas ab alijs factas, ſeù vbi ex officio prætendere poteſt ad pœnam inſiſtendo tantùm, quòd Iudex debeat finito officio ſindicatui ſtare, prout iuris fuerit.

Et quòd dictus Iudex habeat etiam iuriſdictionem in cauſis à tribus ducatis, infra, & habeat de publico ſingulis quadrimeſtribus Ducatos quatuor, & tàm pro ſententia diffinitiua abſolutoria, habeat à partibus Tarenum vnum, & pro viſura proceſſus in qualibet cauſa in calculo proferendæ ſententiæ tantùm, Carlenum vnum à parte, ſed ab emptore officij nil poſſit accipere omni caſu, & teneatur Iudex procurare gratis pro pauperibus carceratis quatuor

menſibus poſtquam functus fuerit officio ſuo damnorum datorum.

Item, quòd à ſententijs Iudicis poſſit appellari ad reuiſorem, qui ſimiliter deputetur, à Magnificis Conſulibus, iuxta ſolitum & conſuetum ſingulis quatuor menſibus, & ſtare ſindicatui, debeat vt ſupra, & nihil habeat de publico, ſed à partibus Tarenum vnum pro ſententia.

Et ſi ſententia Reuiſoris fuerit conformis cum Iudice, tunc exequutioni demandetur, & amplius appellari non poſſit: ſed ſi fuerit difformis in aliquo, aut contraria in toto, tunc poſſit reclamari ad Magnificos Conſules; & quod ipſi decreuerint, ſeù maior pars inſimul congregati, ratum habeatur, & reclamari non poſſit.

Item, quòd dictus Iudex, vel Reuiſor non poſſit eſſe niſi oriundus, vel cum tota familia habitauerit, & maiori parte bonorum.

Nunquam tamen exequutio fieri poſſit niſi ſententia Iudicis à die notitiæ, ſeù intimationis poſt decem dies tranſierit in rem iudicatam, aut ſi appellatum fuerit infra dictos decem dies ad Reuiſorem, & confirmata fuerit, vel in caſu diſcordiæ Magnifici Conſules decreuerint: tunc enim fiat exequutio, & nulla exceptio fieri poſſit.

Item, quòd omnes cauſæ in prima inſtantia terminentur infra quindecim dies,& cauſæ reuiſionum infra alios decem vbi poſſint non probata probari, etiam ſuper primis articulis, niſi per querelantem ſteterit, aut partem querelatam, vel alio iuſto impedimento: aliàs Iudices ad pęnam vnius ducati incidant, & parti querelanti, vel emptori, ſi ex officio fuerit proceſſum in caſibus, in quibus procedere poteſt, applicetur, ſaluo ſemper iure partium, & de alio Iudice in eiſdem cauſis tantùm per Magnificos Conſules prouideatur.

Item, quòd antequam pęna exigatur, emendetur damnum parti: aliàs emptor officij, de ſuo teneatur ſoluere infra ſex dies à die ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam, & pęna iſtius cauſæ damnum paſſo ſoluatur, ſi aliter factum fuerit.

Item, quòd exequutiones cuſtodi deputando aſſignentur, & nunquam in poſſe emptoris officij veniant quomodolibet.

Item, quòd acta ſucceſſori Notario reſtituat per Inuentarium, & ſic libros querelantium, nec aliquid in dicto libro addatur à tergo vel in margine.

Item

Item ſtatuimus; quòd reſpectu pœnæ, quærelæ fiant infra menſem à damno dato: aliàs non admittantur, nec pœna debeatur, ſed reſpectu damnorum datorum ſemper pars poſſit querelari vſque ad triennium: ſed porrecta querela cauſa finiri debeat vt ſupra, Inſtantibus partibus, aut earum altera, aliàs Iudex teneatur ad prædictam pęnam parti inſtanti, niſi iuſto impedimento excuſetur.

Item, quòd Notarius ad accuſationes recipiendas deputetur per Magnificos Conſules, pro tempore, & fideliter ipſas recipiat & ſcribat, & infra ſex dies poſt accuſationem accuſatio intimet, & notum faciat.

Item, quòd eligantur & fiant iurati & prouiſores eligendi per Magnificos octo Conſules pro tempore, homines boni, non ſcelerati, litigioſi, nec odioſi, & quòd ipſorum relationibus & dictis cum iuramento ſtari debeat.

Item, quòd dicti Iurati debeant citare de perſona, ſi perſonaliter inueniri non poſſent, facta diligentia, aliàs ad domum ſolitæ habitationis, & referre notificaſſe tali; & tali de familia, ad præſentiam vnius teſtis: ſi verò fuerit citatus exterus, tunc in rure citaſſe ſufficiat eius famulos & alijs perſonis vicinis ſpecifican. vt ſupra, aliàs non credatur, & ſi non haberent rus, ſeù Maſſarias, tunc poſſit citari ad valuas Eccleſiæ maioris, vel Columnas Sanctæ Catherinæ.

Item ſi dictus Iuratus reperiretur quicuuque falſus, minus verus, vel in fraudem retuliſſe, adminiſtratione priuetur, & pęna vnius Auguſtalis, & refectione damnorum expenſarum, & intereſſe partis aduerſæ mulctetur.

De damnis datis.

ET vt damna fieri vitentur, ſtatuitur & ordinatur, quòd nullus partionarius vinearum, ſeù Terrarum vel (vt vulgo dicitur) terragius, quòd ad terragium Terras colunt, audeat vindemiare vineam; nec adunare gregnas extra vineam, ſeù terram vnde fructus prouenerint, nec ipſas ſegetes & vuas piſtare, nec ſurgere, ſeù menſurare niſi dominis prius requiſitis, vel cum conſenſu expreſſo domini Vinearum, & Terrarum, inconſultis & ſinè voluntate eorum, ſeù ipſorum Procuratorum: qui contrafecerit, vice qualibet ſoluere teneatur

neatur Auguſtale vnum pro pœna, & pro intereſſe partis, ſtetur iuramento pro liquidatione fructuum, ad eum pertinen. Et nihilominus fructus ſint obligati, etiam ſi per mille manus tranſierint, etiam ſi conſumpti eſſent, poſſint æſtimationem à quocunque petere. Poſſit tamen contrarium probari per Patronum de quantitate.

In area aliena donec fuerit derelicta, inuito Domino victualia non adunanda, nec trituranda.

ITem, quòd nullus audeat victualia adunare in area aliena, ſeù per alium facta in loco ſuo, ſeù in publico, nec ibidem piſare contra voluntatem facien. eam, niſi fuerit per facientem relicta. Et qui contrafecerit, pœna duorum Tarenorum teneatur de actu prædicto, niſi aream faciens iniuſtè non permiſerit adunare, quia ampla recipit vltra neceſſaria, & adunare volens paratus ſit in expenſis contribuere, quo caſu pœna ceſſat prædicta.

De pęna damnum in vineis, & hortis inferentis.

ITem quicunque perſonaliter damnum fecerit in hortis, vineis, & alijs Poſſeſſionibus fructiferis: ſi de die, medium Auguſtale, de nocte vnum ſoluat, & damnum emendet iuramento domini liquidandum, niſi contrarium probetur.

De pœna incidentis arbores fructiferas.

ITem, quòd quandocunque probetur per teſtem fidedignum ad minus arbores fructiferas incidiſſe ad vſum hominum pro victu, vel ſi arbores non eſſent ad vſum hominis, eſſent inuitatæ, etiam ſi vites non ſuccidantur, poſt damni emendam, ſoluat Vnciam vnam, niſi vites intra Ciuitatem inciderit, quo caſu pœna duplicetur: ſi verò id damnum Sacramento domini, vel partionarij probetur, emendato damno de die ſoluat medium Auguſtale, & de nocte vnum: Qui verò arborem infructiferam, & non inuitatam inciderit, vel totaliter deuaſtauerint in loco culto, vel laborato ſiſtentem, ſoluat Tarenos tres, & damnum emendet; & ſic ſimiliter ſi ſtetiſſent in ſepibus loci culti: ſi verò inciſerit arborem infructiferam in ſtirpalibus, & nemoribus,

ribus, poſt damnum Grana decem, Permittitur enim cuilibet tranſeunti virgam & tortam in nemoribus, & ſtirparijs, abſque pœna facere & portare, præter dictam voluntatem.

Creditur iuramento Domini Coloni, vel Procuratoris accuſantis in damnis datis.

ITem ſtetur iuramento domini, famuli, Procuratoris, aut alterius de familia accuſantis damnum fuiſſe factum perſonaliter, vel cum animalibus, dummodo deponat de die, & hora Canonica, videlicet Matutinali, aut Veſperali, & ſimiliter, ad hoc vt contrarium poſſit probari; aliàs ſententia ſit nulla, & exequi non poſſit: verum quòd ſemel tantùm in menſe poſſit acccuſare damnum fuiſſe factum ſuo iuramento, & infra octo dies: ſi verò cum vno teſte de viſu probaretur, poſſit ſemper accuſare, & probare, & pœna exigi vt ſupra.

De pœna percutientis,vel interficientis animalia.

ITem quicunque alienum animal percuſſerit, vel interfecerit damno patrono præſtito, & Sacramento damnum paſſi Iudicis taxatione præcedente,taxatio pro quolibet animali minuto, ſoluat Grana decem pro pœna, & pro Porco, Tarenum vnum, pro Boue, Iumento, & Aſino Vnciam mediam, pro equo, & Mulo, vnciam vnam; ſi equus, vel Mulus; Ducatis duodecim, ſaltem valuerit; ſin minus mediam vnciam, & ad dictam pœnam teneatur ſi iniurioſè factum fuerit: ſi verò caſu id acciderit, vltra damni emendam, ad nihil aliud teneatur, idem ſi iuſta cauſa occidendi præceſſerit, & ſi Sues, Canes, & ſimiles damnificantes capi non poſſint, impunè vulnerari & occidi, abſque pœna & damni emendatione, dummodo probet damnum intuliſſe per teſtem ad minus, & non per iuramentum, & dummodo officio damnorum denunciet, vel exhibeat.

Via, iter, & actus per loca priuata non facien. niſi ex cauſa.

ITem omnibus inhibetur, quòd nullus faciat viam, iter, nec actum per

per loca culta priuatorum, præter domini voluntatem, excepto ſi via publica, vel vicinalis ſit impedita, vt tranſitum præbeat: quo caſu per loca viciniora, etiam contra domini voluntatem tranſitus, ac acceſſus impune habeatur. Contrafaciens vice qualibet ſoluat Grana decem ſi ſine animali acceſſerit: ſi cum animali, vel tragula, Tarenos duôs: ſi cum armento, vel grege, Auguſtale medium, niſi de neceſſitate, vel caſu probetur, id fuiſſe factum, quo caſu ad damni emendam tantum teneatur, & credatur iuramento domini famuli, ſeu partionarij ſi bonæ famæ fuerint ad facti probationem, damnum verò æſtimetur.

Item, quòd querelans poſſit caſſare, & remittere querelam infra vigintiquatuor horas ab hora notificationis congruo loco, & tempore: & querelatus, prò caſſatura Grana quinque ſoluat emptori, & tali caſu pœna non debeatur.

Item, quòd non poſſit procedi ex Officio, ſed ad accuſationem partis, niſi contra exteros non habitantes in Ciuitate, vel territorio.

Item ſi aliquis exterus fuerit de damno inquiſitus ex Officio, ſi iuramento domini, ſeu poſſeſſoris loci probauerit, ſe de eius licentia feciſſe, pœna non teneatur.

De damnis datis cum animalibus, & pœna exigenda ſecundùm temporum qualitates de menſe in menſem, vt infra.

ITem, vt metu penæ damna per animalia & cuſtodes non inferantur, ſi ſecus factum ſit, pœna exigi ordinatur modo infraſcripto, videlicet, ſi damnum datum in ſegetibus, vel fructibus quibuſcunque, ad vſum hominum, vt ſupra cum animalibus groſſis, puta Bobus Equis, Iumentis, Mulis, vel Aſinis à primo Ianuarij vſque, & per totum Menſem Martij, vltra emēdam pro quolibet animali de die ſoluantur Grana duo, & de nocte Grana quatuor.

Item à primo Aprilis vſque, & per totum menſem Iulij, pœna ipſa de die, & de nocte, duplicetur, æſtimatio damni fieri debeat per duos vnum electum per accuſantem, & alium per curiam, quorum relationi ſtari debeat, quoad dāni emendam; & ſi retulerit ſe non recepiſſe damnum,

num,tunc pro animalibus accuſatis medietas tantum pœnæ,ad minus, vel Cuſtodibus ipſorum præſtetur pro animali minuto, videlicet Porco, Pecude, vel Capra, Zabarello, Agno, & Porcello ætatis vltra ſex menſes ſoluatur Tornienſis vnus à primo Ianuarij & vſque per totum menſem Martij de die, & de nocte duplum, & ſoluat emendam damni, à menſe Aprilis, & vſque per totum menſem Iulij pœna duplicetur; & ſi à menſe Auguſti vſque, & per totum menſem Decembris accuſatio facta ſit in locis vbi damnum dari poteſt, ſoluatur pœna, quæ imponitur à menſe Ianuarij per totum menſem Martij, & eodem modo, prout ſupra de animalibus groſſis eſt Statutum & ordinatum.

Damnum euidenter apparens graue, & patratoribus vllo modo repertis, per Cuſtodes animalium, vel conuerſantes in contrata emendetur.

ITem, ſi damnum quodcunque probatum, datum fuerit per homines, ſeu animalia, & patratores reperiri, vel ſciri non poſſint, ſtatuitur quòd damnum ipſum æſtimetur per duos, vnum poſitum per Curiam, & alium per damnum paſſum, & emendetur per Bubulcos, Iumentarios, Vaccarios, Porcarios, Pecudarios, Caprarios & laboratores Vinearum, & aliorum animalia ducentes per illam contratam illo tempore, ſi per animalia fieret: ſed ſi per homines, tunc per vicinos,& conuerſantes eo tempore per contratam, dummodo non ſit via publica, & hoc niſi per eos contrarium probetur alios intuliſſe, etiam ſemiplene, vel eos non feciſſe, Contratam autem accipimus,vt fieri ſolet, quod Iudex æſtimet arbitrio duorum Virorum expertorum, quæ emenda fieri debeat ſecundum qualitatem damni: nam inciſio arborũ, & ſimilium,vel ignis immiſſio facta præſumatur per homines vicinos, & conuerſantes vt ſupra, & non per beſtias,ſi diſcerni poteſt damnum datũ per Boues, ſeù Capras,& ſimiles, cuſtodes Bouum ad emendam teneantur: & intelligendũ eſt de dãno dato vltra Auguſtale,infra verò Auguſtale damnum datum debeat probari,& vicini non teneantur.

F Pluuiali

Pluuiali tempore animalia in terris Maieſtatis non immittenda.

ITem, vt damna non eueniant prohibetur, quòd à Cal. Iulij vſque ad Cal. Octobris in terris Maieſatis tempore pluuiarum non immittantur animalia: Tempus verò pluuiarum declarantur dies duo poſt pluuias: & ſi contra fiat pro animali minuto ſoluatur Tornienſis vnus, pro groſſo Granum vnum per Cuſtodem, vel eorum damnum datum domino cum intereſſe æſtimandum per duos expertos eligendos à domino damnum paſſo, & à damnificante.

Animalia Molendinorum formalia non intrent.

ITem inhibetur, quòd Boues, Vacchæ, Porci, Capræ, & Pecudes non intrent formalia Molendinorum; & contrafaciens pro quolibet animali groſſo ſoluat vice qualibet Tarenum vnum, pro minuto Granum vnum, & credatur iuramento accuſantis, & ipſe accuſans habeat quartam partem pœnæ prædictæ.

Animalia per Campos vbi ſunt gregnæ diſperſæ non immittenda.

ITem, quòd tempore meſſium quandiu gregnæ fuerint per campos diſperſæ, vel adunatæ, nemini liceat immittere in ipſis campis Porcos & Capras, Pecudes vel Boues: & qui contrafecerit pro animali groſſo ſoluat pœnam ſupradicti Statuti, & ſimiliter pro minutis, & damnum emendet, & intelligatur in campis alienis.

Canes certo tempore collaria cum vncinis portent.

ITem à primo Auguſti vſque, & per totum mẽſem Octobris patroni canuum cuiuſcunque ſint conditionis, & potiſſimè paſtorum, & porcariorum, debeant eorum Canibus collaria cum vncinis, ſeu landronibus ponere longitudinis, & latitudinis ad minus vnius palmi: & qui id omiſerit, & canis damnum dederit, patronus damnum emendet, & pro pœna ipſe ſoluat medium Auguſtale, & in hoc ſtetur iuramento

mento accuſantis, nec liberetur canis damnum dans, ſed pro noxia teneatur, donec damnum paſſo erit ſatisfactum.

Liceat capere animal inferens damnum vſque ad damni valorem.

ITem quicunque inuenerit homines damnificantes, poſſit depignare eius arbitrio animalia damnum dātia in locis & poſſeſſionibus ipſorum capere vſque ad valorem damni dati, ſeu circa vſque ad duplum & non vltra, & ipſa conſignent Officialibus, quæ non debeant liberari niſi prius præſtita æſtimatione damni ſecundum pręcedentes limitationes. Et ſi patronus animalium damnum non emendauerit; licitum ſit vēdi animalia prædicta vſque ad damni ſatisfactionem: & ſi caſu temerario cuſtos, ſeu dominus animalium præſente domino loci, ſeu laboratore animalia ipſa immiſerit in locis prædictis contra inhibitionem ſupraſcriptorum Statutorum, & requiſitus illico ea non extraxerit; licitum ſit abſq; pœna domino loci, ſeu laboratori interficere vnum animal minutum, videlicet porcum, ouem, vel capram, vel caſtratum, & non plura, nec animal groſſum. Et ſi exceſſerit occidendo plura animalia, damnum emendet, & pro animali minuto vltra damnum mortui ſoluat Tarenos duos, & pro groſſo Auguſtale vnum.

Defenſæ in locis apertis & incultis vetitæ, & qui modus in eis habendus.

ITem, quòd vnuſquiſque cuiuſcunque ſtatus, dignitatis & conditionis exiſtat, in locis apertis & incultis non ſeminatis, non clauſis, ſeu ſepelitis, non arbuſtatis poſſit defenſam facere, cum tribus ſulcis circumcirca; ſed eis apertis incultis non ſeminatis, ſeu ſepelitis, & non arbuſtatis ſiſtentibus nemo poſſit ſua animalia paſcere in eiſdem.

Inhibetur etiam herbam pro fœno metere, nec clauſuram Ouium Porcorum, vel Vaccarum facere abſque domini loci voluntate: & qui contrafecerit, emendato damno, pœnam duorum Tarenorum ſoluat in clauſis, & foſſatis, vel ſepelitis, aut arbuſtatis nullus audeat paſcere animalia, ſub pœna prædicta ſecundum temporum qualitatem, & ijs

damnum reficiatur hoc modo, videlicet, ſi dominus ſolitus eſt vendere, tunc teneatur ſolum ad pretium, quo vendi ſolet fidedignis,& non ſimulatis emptoribus: ſi verò dominus pro vſu proprio tenuerit clauſas, vt ſupra, aut emptor vti cœperit: tunc pro qualibet vice, de damno ſtetur iuramento partis ad proprium intereſſe agentis: aliud damnum datum probetur per teſtes illatum, & non per iuramentum, vt ſupra.

Vineæ, & Horti ſine temporum diſtinctione, ſub defenſa ſint.

ITem, quòd in Vineis, ſeu Hortis olerum, & aliorum fructuum in dictis Hortis exiſtentium,nulla ſit diſtinctio temporum: ſed continuò ęqualiter ſit, ſub defenſa, & pœna infraſcripti Statuti, etiam quod clauſo foſſato, vel ſepe non exiſtant.

Prata cum defenſa indicantur cum temporis diſtinctione.

PRata,ſub eadem defenſa indicantur, & ſub eiſdem pœnis à primo Februarij, & vſque per totum menſem Iulij, idem ſtatuitur de Ruſticijs relictis pro fœno falciando, dum tamen prout fieri ſolet per aliquod ſignum, ſub defenſa, poſtea non, ſed liberè ſine metu pœnę paſcantur, niſi clauſa vt infra.

Item ſtatuitur, quòd in omnibus Terris apertis,vt ſupra fieri poſſint porcatæ, circumcirca ſulcorum decem ſeminatorum, ſaltim lupinorum, vel ferraginis per dictas porcatas clauſas Terras prędictas teneri:& hoc quoad Ciues; quo verò ad exteros Communitatem cum hac Ciuitate habentes, non habeãtur pro clauſis,ſed paſcere impunè poſſint, præterquam in illis, quæ ſeruantur pro paſcuo bobum, ſcilicet quatuor tumulorum pro quolibet Boue, qui vltra porcatam debeant ticchiari, & aliquo ſigno notari.

De Vineis, & damnis in eiſdem illatis, & pænæ adiectione.

POEna verò pro damnis in Vineis datis ſic ſtatuitur, quòd à primo Nouembris vſque per totum menſem Martij pro quolibet animali minuto, ibidem reperto, præter domini voluntatem de die ſoluat Granum vnum, & de nocte duplum, pro groſſo verò Carlenum vnum de die, & de nocte duplum: à primo Aprilis vſque, & per totum menſem Septembris, & vſque quo Vinea eſt vindemiata, pro pœna Tarenum vnum de die pro quolibet animali groſſo ſoluatur, & de nocte duplum: Pro animali verò minuto, de die Grana duo, & de nocte duplum, & ſi cuſtos fuerit in dolo (vt vulgo dicitur) à guardia facta de die, medium Auguſtale, & de nocte vnum ſoluat, & damnum patrono præſtetur ante pœnæ exactionem.

De pœna ingredientium Vineas, & Hortos cum damno & ſinè damno, præter domini voluntatem.

ITem ſi quis accuſatus fuerit præter domini voluntatem, iuramento domini declarandum, Vineam alicuius, ſeù Hortum intraſſe, damnum emendet, & pro pœna, de die ſoluat Tarenum vnum, & de nocte duplum, etiam ſi dictum damnum non reperiatur. Quo caſu ſi damnum non reperitur, excuſatur homo, vel mulier honeſtæ vitæ, & dignus excuſatione arbitrio iudicantis, & qui præſumendum potius cauſa ſolatij, & credens hominum permiſſu intraſſe.

De pœna furti palorum, cannarum, & ſermentorum, & aliorum.

ITem, ſi quis intrauerit Vineam alienam, & inde palos ſubtraxerit, vltra pœnam temerarij introitus, præſtet æſtimationem palorum patrono: & ſi pali cannarium fuerint pro quolibet collato, ſeù faſcio ſoluat grana quinque; ſi ſalma, grana decem: ſi verò fuerunt pali lignei, pœna duplicetur.

Item

Item ſi quis ex cannetis alienas cannas, & ex macchis, ſeù nemoribus, & iſchis palos abſtulerit, pro quolibet centenario palorum, ſeù cannarum ſoluat Tarenum vnum, & pali, ſeù ipſorum precium domino dentur, & credatur iuramento patroni, ſeù famuli accuſantis inueniſſe infra octo dies, dùm tamen dominus, vel famulus, quorum iuramento credendum erit, ſint viri bonæ opinionis.

Item, quòd nullus audeat intrare Poſſeſſiones alienas, & colligere frondes cannarum, ficuum, ſycomorum & aliarum arborum, abſque domini licentia: contrafaciens vltra damnum emendatum in pęnam temerarij introitus, ſoluat Carlenum vnum.

Item, ſi quis de loco alieno ſarmenta abſtulerit, poſt damni emendam, pro qualibet ſalma, ſoluat Grana decem: pro collato, Grana quinque.

In Oliuetis, alijsque locis arboribus, & vitibus conſitis animalia non ponenda, vel tenenda.

ITem inhibetur, quòd nullus audeat animalia in locis alienis vbi ſunt Oliuę, vel aliæ arbores fructiferæ, ſeu inuitatæ, & ſi ſint plures in honeſta quantitate, & in eis damnum fiat ſine domini voluntate, etiam quòd locus ſepibus, aut foſſis non ſit precinctus; contrafaciens, cuſtos & animalia puniantur pœnis, quę impoſitæ ſunt contra Vineas damnificantes: quòd ſi damnum non fiat arboribus, ſed in herbis, damnum & pœna debeatur, prout in terris clauſis.

Ferragini damnum non inferendum cum animalibus.

ITem, quòd nullus damnificet Ferraginem; & qui contrafecerit pro quolibet animali minuto, ſeu maiori ſoluat, vt in damnis datis incœptis à menſe Aprilis vſque ad menſem Iulij.

Non

Non liceat exteris niſi per tres dies in Territorio Beneuentano animalia tenere, etiam nullum inferendo damnum.

ITem non liceat alicui non Ciui Beneuentano tenere in Territorio Beneuentano, animalia cuiuſcunque generis ad veſcendum niſi per tres dies, etiam ſi damnum non intulerit: quibus elapſis cuicunque Ciui in locis publicis ipſorum animalia reperierint, non affidata, licitum ſit animalia ipſa recipere, capere, & retinere, donec etiam ſatisfactum ſit de damno ſi intulerint,& pro die qualibet,& pro quolibet animali groſſo, Granum vnum, & pro centenario minutorum, Grana quindecim: Excipiuntur ij exteri cum quorum Terris Ciues Beneuentani Communitatem haberent,ſeù de nouo facerent,aquam, herbas,paſcua ſumendo: qui ſi damnum intulerint, ſeù moram traxerint,vt Ciues tractentur.

De ſurtis in Platea.

ITem, quòd quicunque furtum commiſerit furando Agnos, Hœdos, Suillas valoris Carlenorum quinque, Auellanas, Caſtaneas, Nuces, Merangola, Pyra & alios fructus in locis vbi venduntur publicè, vel occultè, vice qualibet ſoluat duos Tarenos; & ſi is eſt perſona leuis, & ſolitus talia committere, pœnam pro ſecunda vice ad dimidium Auguſtale augeatur: ſed ſi pluries fecerit, criminaliter per Officiales poſſit puniri.

Item,cum ſepius probationes in dãnis datis ſint difficiles, & dominus ex aliorum culpa pati ſolet ex probationum defectu: ideo ſtatuitur, quòd nedum in probando damnum factum fuiſſe, ſed etiam in probanda quantitate damni domini, ſeu eius coloni procuratoris, vel alterius de eius familia iuramento credatur,niſi contrarium ex aduerſo probetur: Ita tamen, quòd in vno tantum caſuum prædictorum iuramentum admittatur, videlicet, ſi damnum illatum eſſet, per iuramentum probetur: tunc quantitas per teſtes, aut ęſtimatores Curiæ de publico electos: ſi verò damnum illatum per teſtes,tunc quantitas

titas per iuramentum probetur vt ſupra; & hoc in omni caſu damni dati ſeruetur, & poſſit contrarium ex aduerſo probari; taxetur tamen per Iudicem.

Venatoribus non licet Equeſt, vel Pedeſt cum canibus, & auibus venari per Vineas, & loca ſeminata in Territorio Beneuentano.

ITem nulli liceat Equeſter, vel pedeſter cum canibus, vel ſine, ire cauſa venandi per Vineas, & loca ſeminata, vel clauſa in Territorio Beneuentano: qui contrafecerit, ſi in vineis, ſoluat Tarenos duos à menſe Martij, & vſque, & per totum menſem Octobris, in ſatis à menſe Martij, & vſque, & per totum menſem Iulij: vel vbi ſata fuerint, & non meſſa, etiam damnum emendet, niſi caſu venationem proſequeretur, inde tranſeuntem, quo caſu damnum emendare teneatur.

Finis Liberi Primi.

CIVILIVM STATVTORVM LIBER SECVNDVS.

De deputatione Gubernatoris, Præſidis, vel Locumtenentis.

QVOD Gubernator, & Præſes, vel ſaltim eius Locumtenens, qui ad hanc Ciuitatem gubernandam per Sanctam Sedem Apoſtolicam, vel per Gubernatorem, & Præſidem deputari contigerit, ſit & eſſe debeat iuris, & Sacri Canonis peritus.

Quòd Rector, vel Gubernator in cauſis ciuilibus ſe immiſcere non poſſit, niſi ſit cauſa viduarum, pupillorum, Eccleſiarum, mercedis, aliarumque miſerabilium perſonarum, ſeù fori electionem habentium, vel aliàs Vicarius ſuſpectus, ex aliqua iuſta cauſa allegetur, & à dictis miſerabilibus perſonis viduis, pupillis, & Eccleſijs aliquam mercedem accipere non poſſit.

De Iudice ciuili, ſeù Vicario.

QVòd Vicarius, ſeù Iudex in Ciuilibus immediatè dependeat à Sede Apoſtolica, & non niſi oſtenſo, ex exhibito Breui Apoſtolico recipiatur.

Quòd Vicarius ſit, & eſſe debeat iuris peritus doctor, & practicus, vt dictum eſt de Rectore: & electio aliter facta ſit nullius roboris & momenti, & deputetur per ſex menſes, & vltra ad libitum Ciuitatis.

Item volumus, quòd Iudex cauſarum Ciuilium, ſeù Vicarius nuncupatus poſt ingreſſum ſui Officij, qualibet die iuridica debeat ſedere pro Tribunali in loco ſolito, ad minus per horam; ibique audire

cauſas, & litigantes expedire ſinè delectu perſonarum: miſerabiles verò perſonas, item cauſas mercedis, dotium, viduarum, pupillorum, & Eccleſiarum qualibet hora teneatur, & debeat illas audire, & terminare ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque aliqua mercede, ſi ſint pauperes: & in cauſis Criminalibus nullatenus ſe intromittant.

Et vbi pupillus, vel adultus, aut mulier in iudicio fuerint, teneatur ipſorum partes ſuſcipere, & eis vbi opus fuerit, de Aduocato, & Procuratore prouidere, ne remaneant indefenſi: aliàs ipſe teneatur in ſindicatu ad intereſſe, & acta ſint nulla.

Item volumus, quòd cauſæ omnes à decem Aureis infra ſummariè, ſimpliciter, & de plano expediantur.

Item, quòd in Caſalibus, & Comitatu huius Ciuitatis, & præcipuè in Caſali Montis Vrzi, recuperato expenſis Ciuitatis eiuſdem, poſſint Magnifici de Conſilio Officiales eligere ſingulis annis, die octaua Septembris, & per Gubernatorem confirmentur, & ab eis ad dictum Gubernatorem appelletur in ſecunda inſtantia: tertia verò ad Archiepiſcopum.

Quòd Regnicolæ ad Officia Ciuitatis aſſumi non poſsint.

QVòd Regnicolæ iuſtis de cauſis, non poſſint eligi, nec deputari ad aliquod Officium publicum dictę Ciuitatis Beneuentanæ, exceptis tamen, S. R. E. Cardinalibus: & aliter facta non valeat, nec teneat.

Item volumus, quòd nullus Officialis poſtquam ſteterit ad ſindicatum, licèt benè ſe geſſerit, ſi tamen aliquas querelas in ſindicatu paſſus fuerit, denuo niſi poſt triennium a ſindicatu in hac Ciuitate Officialis aſſumi poſſit: ſi autem malè ſe geſſerit, quòd præſumatur, ſi in ſindicatu condemnatus fuerit de dolo, vel baractaria; vlterius nullo vnquam tempore ad Officia dictæ Ciuitatis recipi valeat.

De

De Barigello.

BArigellus Militum exequutorum expertus, & idoneus per Superiorem deputetur, & ad minus debeat ſub ſe tenere duodecim benè armatos, ac robuſtos Milites, & Equum pro malorum perſecutione, ac bonorum tutela, qui ſingulis menſibus per ipſum Præſidem, Theſaurarium Cameræ Apoſtolicæ, & Sindicum Communitatis numerari, & reſignari debeant: & ſi quis eorum defecerit, ſalario illius menſis, ac dicti Militis, ſi quis fortè lucratus fuerit, mulctetur: & dicta reſigna fiat bis quolibet menſe, ex improuiſo, prout dicto D. Præſidi videbitur, aut Sindico Communitatis.

Item, quòd Barigellus non poſſit eſſe Neapolitanus, aut Regnicola propter eandem cauſam, ob quam alij de Regno Officiales Iuſtitiæ in hac Ciuitate eſſe prohibentur.

Item ſi Barigellus alicui dederit licentiam de aliquo licèt minimo à iure, bannimentis, vel ſtatutis prohibitio priuetur Officio, & puniatur tribus ictibus funis, & alijs pœnis arbitrio D. Præſidis, & ſimiliter eadem pœna puniatur, ſi aliquem bannitum, vel in fragranti crimine repertum, ſeù debitorem, quem capere habuerit in commiſſis, prece, precio, vel gratia dimiſerit, vel capere neglexerit, puniatur, & teneatur ad intereſſe partis.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd dictus Capitaneus, & Milites vltra ſalarium, quod ſibi à Curia præſtatur, nil aliud recipere poſſit, niſi prout infra, videlicet & primo.

Pro captura condemnati in pœnam mortis naturalis, Ducatum vnum, & hoc pro mercede ſua & ſuorum militum, tàm in Ciuitate, quàm extra.

Pro captura aliorum condemnatorum in alijs pœnis corporis afflictiuis, Carlenos quinque vt ſupra, licèt prius nihil ſolueretur.

Item, quòd non poſſit aliquam exequutionem facere pro mercede ſua, niſi habuerit in commiſſis à Superioribus, ſub eiſdem ſupradictis pœnis.

Pro captura condemnati in pœnam pecuniariam quantumuis magnam, Carlenum vnum habeat ſicut in Ciuilibus.

Pro captura autem aliorum quorumcunque condamnatorum ad in

ſtantiam Curiæ, nihil penitus accipere poſſit. Et ſi contigerit ipſum accedere pro aliquo carcerato accipiendo, vel ipſum ducere, & aſſociare extra Territorium Beneuenti, fiat id expenſis proprijs militum: qui nihil accipere, aut petere poſſint à dicto carcerato, vel eius hæredibus, niſi mercedem illam, quam ſibi competeret, ſi ipſum in territorio cepiſſet, ſecundùm quòd ſupra ſtatutum fuit.

Item, quia quandocunque dicti Milites differunt exequutionem, ad inſtantiam partis fiendam, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus facere, quouſque creditores, vel querelantes tædio affecti ipſis aliquid dant, vel pollicentur, ad euitandas dictas concuſſiones, ſeù extorſiones, volumus, quòd dictus Capitaneus, & Barigellus fungantur eorum Officio diligenter, nec aliquid poſſint petere à creditoribus, vel querelantibus, etiam ſponte dantibus, vel donantibus; aliàs teneantur illud totum reſtituere, & quadruplum pro pœna Fiſco præſtare, & Officio priuetur: & de hoc credatur aſſertioni dicti querelantis, vel creditoris cum iuramento, qui poſſit ex Officio, etiam de hoc interrogari, & examinari; habeant tamen pro eorum mercede in exequutionibus realibus, & ciuilibus pro ſingulo Aureo Tornienſes quinque: ita tamen quòd dicta eius merces non excedat duos Ducatos, & hoc quantacunque fuerit ſumma, & vltra quando exequutio fit vltra pontes Ciuitatis habeat vnuſquiſque miles, qui acceſſerit Carlenum vnum, modo debitum excedat Ducatos quinque, & ab inde infra Grana quinque pro quolibet Ducato, & Barigellus ſemper habeat Tornienſes quinque pro quolibet Ducato, vt ſupra. Et quando fiet exequutio in perſona in Ciuitate, habeat Carlenum vnum: ſi verò fiat extra Pontes Ciuitatis, Barigellus habeat Carlenos duos, & quilibet miles Grana quinque: ſed tot Milites eant quot pars voluerit, & quòd exequutio fiat realis, vel perſonalis arbitrio creditorum.

Item, quòd ſi contigerit dictum Barigellum exequutionem facere in bonis alienis, & non debitoris, vel bona exequuta non eſſent debitoris, nil habeat pro ſua mercede, niſi id fuerit factum culpa creditoris, quàm mercedem habeat pro rata exequutionis legitimè factæ, & non pro tota quantitate ſibi commiſſa.

Et vbi concederetur familia inſtante aliquo creditore pro capienda, vel

da, vel confirmanda poſſeſſione; tunc intra Ciuitatem, & ſuburbia, Carlenum vnum recipiant in totum: extra verò Carlenum vnum pro quolibet Milite: & Capitaneus, ſi eius perſona adfuerit duos Carlenos: qui Barigellus vtrum debeat accedere, vel non, & quot Milites mittere debeat, ſtetur arbitrio creditoris, ſeù partis.

Et ſi quid vltra prædicta in ſupradictis caſibus receperit, teneatur ad reſtitutionem: & in quadruplum puniatur, & alijs pœnis arbitrio Domini Præſidis mulctetur.

Item volumus & ſtatuimus, quòd dictus Barigellus, vel Milites non poſſint aliquam exequutionem facere ciuiliter, vel criminaliter, niſi habeat mandatum in ſcriptis, & niſi contra repertos in fragranti, vel in accingentes ſed ad fugam: quo caſu, ſiuè perſonam, ſiuè bona, in quibus fuerit exequutum, debeant ſtatim præſentare Domino Iudici, & contrafaciens poſſit puniri.

Item volumus, quòd Capitaneus teneatur reddere rationem pignorum quorumlibet, tàm per ipſum, quàm ipſius familiam ablatorum; & de dictis pignoribus credatur iuramento iurati, ſeù alterius teſtis tantùm, ſeù ſaltim quibuſuis alijs præſumptionibus legitimis, modo iuratus, vel alius non tractaret de ſe exonerando.

Item volumus & ſtatuimus, quòd pignora per dictos Officiales facta debeant, eadem illa die deponi in manibus illius, qui ad id deputabitur per Magnificam Ciuitatem, & de depoſitione dictorum pignorum eis non credatur, niſi ſcriptis id oſtenderit in baſtardello.

Item pro vno debito, ſeù credito non debeant, nec poſſint accipere niſi ſemel tantùm debitam mercedem exequutionis, vt ſupra taxatam, niſi pars cum creditore ſe concordauerit, & aliquam dilationem ad ſoluendum impetrauerit: & tunc opus ſit alia exequutione; & tunc etiam aliam mercedem habere poſſit: & ſi contrauenerit, puniatur vt ſupra.

Officialis cum ad Officium admittatur.

ITem ſtatuitur & ordinatur, quòd Gubernator, & quilibet Officialis, ſi ipſe Officio fungatur, ſi verò per ſubſtitutum, tunc ſuus ſubſtitutus, ſiuè Locumtenens, antequam recipiatur, & admittatur ad Officia, debeat eius commiſſionem in conſilio exhibere, & per Secreta-

Secretarium publicè legi: qua lecta, & nihil quod obſtet dicto Officiali apparente, admitti ſtatim ad Officium: debeat tamen prius tactis ſcripturis iurare ſimpliciter ſeruare huiuſmodi Statuta, prout in forma iuramenti inferius deſcripta continetur, de verbo ad verbum legenda alta & intelligibili voce, prout in ea continetur, & debeat præſtare idoneum fideiuſſorem de ſtando ſindicatui, ac iudicatum ſoluendo, nec diſcedere, niſi lata ſententia, vel habita à Magnificis Sindicatoribus in ſcriptis licentia.

Item volumus, quòd tunc temporis Sindicus communis teneatur, & debeat in delatione dicti iuramenti librum Statutorum exibere, & ipſum in publico, & Communitatis nomine monere, vt contenta in dictis Statutis omnia ad vnguem obſeruet, ne vllo vnquam tempore ignorantiam ipſorum prætendere poſſit.

Forma Iuramenti hæc eſt.

EGo talis Rector, ſiue Vicerector Ciuitatis Beneuenti, per hæc Sancta Dei Euagelia iuro ſeruare iuſtitiam Ciuibus, & habitatoribus Beneuenti, & quemlibet in ſuo iure ſeruare ſub fidelitate Sanctæ Matris Eccleſiæ, & non permittere quòd alicui ipſornm fiat de facto moleſtia, ſiuè iniuria, Promitto, & iuro ſeruare Statuta, & ordinationes Ciuitatis Beneuentanæ, & ſeruare Priuilegia, & gratias conceſſas, ſiuè Breuia huic Ciuitati.

Item eſſe contentum ſalario, & gagijs mihi conceſſis & ſtabilitis, nec petere, nec peti facere additamentum in eiſdem mihi, nec meis, ſubofficialibus; & ſi fiat, quòd non valeat, nec peti poſſit, æqua lance iuridicè pertractabo, neminem in adminiſtratione Iuſtitiæ præferendo prece, precio, odio, gratia, nec amore: Cauſas ciuiles, & criminales in mea Curia incohatas, & incohandas, quàm citius potero faciam iuridicè terminare: Iuro etiam per omnia iuris remedia meos præceſſores compellere ſtare iuri, & ſindicatui, & reddere rationem de geſtis, & adminiſtratis per ipſorum quemlibet, coram me, & Iudicibus deputatis per Sedem Apoſtolicam, vel alium poteſtatem habentem, & per deputatos per Vniuerſitatem eandem.

Item iuro defendere iura regalia gabellarum Curiæ, & Vniuerſitatis im-

tis impoſitarum, & imponendarum per Vniuerſitatem eandem, ſeruatis tamen ſeruandis.

Item non me abſentare à dicta Ciuitate durante meo Officio niſi pro iuſta, & rationabili cauſa per Conſilium dictæ Ciuitatis approbanda: quo caſu in conceſſum mihi terminum redibo ad regimen ſupradictum: Iuro & promitto finito meo Officio ſtare, & parere iuri, & rationi, coram meo ſucceſſore, & Iudicibus alijs deputatis perſonaliter, in eadem Ciuitate morabor, quando opus fuerit faciam, & curabo, cum effectu, quòd ſub officiales mei finito eorum Officio ſtabunt ſimiliter ſindicatui, & parebunt perſonaliter rationi, coram Iudicibus deputatis: & prædicta omnia & ſingula obſeruare, iuro, & promitto ad pœnam Vnciarum vigintiquinque, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Item eo modo iuret, & promittat Iudex, ſeù Aſſeſſor, & Mareſcallus in quantum vniuſcuiuſque Officium concernit.

De iuratis Curiæ inſeruientibus, & Precone.

IVrati à Magnificis Conſulibus, Ciues tantum deputentur, qui Officialibus inſeruiant, & Çiuitati, vt ſolent, qui eos approbare, & in Officio admittere debeant, nec eos ex Officio amouere, niſi iuſta cauſa, & ſalarium conſuetum à Curia recipiant.

Habeat iuratus in qualibet citatione verbali ſinè ſcriptis tres obolos, ſiuè caballos, & cum ſcriptura duos Tornenſes: & pro citatione ad ſententiam diffinitiuam, vel vim diffinitiuæ habente Grana quinque.

In Nundinis etiam, ſeù quatuor mercatis eiuſdem Ciuitatis, ab exteris duplum recipiant, præterquam in ſententia diffinitiua; in qua nihil innouetur: & hoc intelligendum eſt quando nundinæ fiunt in Ciuitate, vel donec Curia in Ciuitate regatur: quando verò extra mœnia regitur, tunc pro qualibet citatione, quoad Ciues habeat duos Tornenſes: quo verò ad exteros duplicetur.

Excipitur generaliter, ne quid habeant, aut extorquere poſſint à citatis quando ad inſtantiam Curiæ, & Domini Fiſci procuratoris, aut Ciuitatis citarent, & exequerentur.

Ijdem iurati poteſtatem habeant iuſſu Iudicis exequendi infra tres

Aureos

pignorum amiſſorum poſſit iurare in litem contra dictum cuſtodem pignorum, qui teneatur illi ad totum intereſſe.

Item volumus & ſtatuimus, quòd Iurati, Exequutores quicunque acceſſerint, ad accipiendum aliquod pignus, de mandato alicuius Iudicis, debeat per totam illam diem aſportare, & conſignare in manibus cuſtodis pignorum, ſub pœna priuationis Officij, & fuſtigationis, & ad tollēdas lites, quę oriri poſſent inter dictos Coſtodes pignorum, & Exequutores, ſuper conſignatione, vel non, dictorum pignorum; decernimus, quòd quilibet ipſorum debeat habere libellum, ſeu Baſtardellum, in quo dictus cuſtos pignorum teneatur deſcribere receptionem pignoris, & omnia alia, quę ipſe tenetur deſcribere in proprio baſtardello, vt ſupra, & in diſceſſu Officialium ab officio debeant dictos Baſtardellos dimittere, & relaxare in manibus Cancellarij cōmunis, ad hoc vt ſemper poſſint inſpici.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd pignora à tribus Ducatis infra poſt octo dies, à tribus ſupra vſque ad xx. Ducatos poſt quindecim dies, abinde ſupra poſt dies xxx. vendantur, & ex venditione dictorum pignorum ſatisfiat mercedis Iuratorum, ſeu Exequutoris, prout in taxa contimetur mercedem ſubhaſtan. & propriam ipſius Cuſtodis, Reſiduum verò detur, & ſoluatur creditori vſque ad eius ſatisfactionem: & ſi ſuperſunt pecuniæ, illud plus reſtituatur Domino pignoris, ſinè aliqua deceptione, fraude, vel diminutione, ſub pœna vnius Tareni pro quolibet obolo deficiente: quæ pœna tota applicetur domino pignoris, & in defectum domini pignoris, detur ſtatim Monti Pietatis, ſi tamen Barigellus eſſet in fine officij, cuſtos pignorum teneatur ſoluere mercedem executionis infra tres dies non expectata aliter venditione pignorum; quàm mercedem poſtea recipiat Cuſtos, cum pignus vendi contigerit.

Item volumus, quòd venditiones pignorum fiant qualibet hebdomada, die Mercurij, & Sabbati poſt Veſperas immediatè, & fiat per ſubhaſtationem præconis, vel Iurati, prout dictum eſt ſupra de Iuratis, & habeant mercedem ibi taxatam.

Item, quia mercenarius dignus eſt mercede ſua, Volumus, quòd dictus Cuſtos pignorum pro eius mercede habeat Granum vnum pro quolibet Ducato, vel debiti, ſi dominus pignoris illud redemerit, vel valoris

valoris pignoris ſi fuerit venditum: & ſi debitum eſſet à Ducato infra, habeat vnum Tornenſem pro quolibet pignore; & ſi contigerit ad eum duci animalia pro pignore capta, quæ animalia cuſtodia egerent computata mercede dictæ cuſtodiæ, cuius ipſe curam habeat ſuis expenſis, habeat duplum quod in cæteris pignoribus, ſi tamen animalia cuſtodia non egerent, vt Equi, & ſimilia quæ retinentur in ſtabulis habeat ſolum quod in cæteris pignoribus; & tunc dicta animalia gubernentur expenſis domini ipſorum.

De modo procedendi in Ciuilibus, & primo de citationibus.

CItari debeat reus, qui conuenitur, vel poſſidens, de cuius præiudicio agatur ſemper ad vnumquenque actum, per Iuratum, nec aliter exequutio, aut poſſeſſionis apprehenſio fieri poſſit, etiam ſi adeſſet inſtrumentum publicum, & iuratum, & eſſet renunciatum citationi, ac etiam ſi adeſſet pactum, quòd propria auctoritate liceret capere poſſeſſionem rei ſibi debitæ, vel hypothecatæ, vel ſi adeſſet conſtitutum, & hoc, ne lites ex litibus oriantur, & debiles quandoque à potentioribus opprimantur: ſi quidem ipſe poſt acceptam poſſeſſionem per potentiorem, licet bonis quis Iuribus munitus ſit, nunquam tamen, aut ſaltem cum difficultate, & maximo cum diſpendio ablatam poſſeſſionem recuperare poſſet.

Item ſtatuitur, & ordinatur, quòd primæ citationes fieri debeant perſonaliter, & tunc ad lites abbreuiandas, vna tantùm ſufficiat, & peremptoriè cenſeatur: ſi verò perſonaliter non apprehendatur, citetur conuentus bis domi eiuſdem ſolitæ habitationis, ſcilicet, vt citatio ad eius notitiam deueniat per familiam, nomen citati illius de domo per Iuratum exprimatur, & taliter ſic citatus, legitimè intelligatur: Aliæ verò citationes poſt primam, ſiuè perſonaliter, ſiuè domi fiant, afficiant, vt vna tantum ſufficiat, & citatio fiat adhibitò vno teſte.

Exteri verò non habitantes citentur ad columnam, vel ad valuas, vbi Curia regitur per affixionem cedulæ. Habitantes in territorio, vel Maſſarias in territorio habentes, citentur in dictis Maſſarijs, &

ſufficiat notificare famulis, & alijs ibidem exiſtentibus.

Item, quòd de citatione credatur publico Iurato, & Nuncio modo & forma, vt ſupra citaſſe, talem fuiſſe citatum referendo, ac etiam de reſponſione citati quando dixerit ſe nolle comparere, & talis publicus Iuratus poſſit & debeat quemcunque ad inſtantiam partis, etiam ſinè mandato Iudicis, coram eo tamen citare & vocare: exceptis tamen Magnificis Dominis Conſulibus, & Sindico communis, qui non poſſint vocari ſinè mandato Domini Rectoris.

Citato reo; ipſoque in termino, vel ſi fuerit contumax poſt purgatam contumaciam comparente detur petenti copia libelli ſumptibus actoris, vt illi reſpondeat ad primam, Reſpondendo, ſi velit exceptiones litis ingreſſum impedientes; & ſi indigeant exceptiones probatione infra quatuor dies abſque alia præfixione termini probare habeat, quibus elapſis intelligantur in deciſione cauſæ reſeruatæ: ſin autem probationes factæ fuerint, infra biduum ſuper eis per Iudicem pronuncietur.

Conuento verò non opponente exceptionis litis ingreſſum impedientes, vel ſi oppoſuerit, fueritq́; iudicatum exceptiones non militare, vel in deciſione cauſæ reſeruatæ fuerint ad primam delato iuramento, de calumnia procedatur ad vlteriora.

Et quia experientia docuit litis conteſtationem in longum protractas, ex conuentorum cauillationibus, vt aliquando etiam vltra annum fuerit diſputatum in graue damnum litigantium; volumus quòd per primam reſponſionem faciendam per conuentum, ſiue neget, ſiue affirmet, ipſo facto intelligatur litem eſſe conteſtatam: ſi verò reus fuerit contumax, in eius contumatiam exequutio relaxetur: qui tamen ſi poſtea comparuerit, audiatur refectis expenſis.

De Dilationibus dandis.

Lite conteſtata, vt ſupra, detur terminus vtrique parti ad probandum incumbentia, & dictus terminus ſit & eſſe debeat dierum octo: & quando in dictis octo diebus actor nihil fecerit pro probandis ſuis iuribus, Reus abſoluatur, & actor in expenſis condemnetur: Si vero in dicto termino aliquid fecerit, detur alia dilatio ad probandum dierum quatuor, & cenſeantur communes vtrique parti, & reo petenti den-

ti dentur eędem dilationes ſeparatim poſt datas actori, & pariter ſint communes vtrique.

Dilationes ad excipiendum contra teſtes, & eorum dicta publicato proceſſu petenti, dentur etiam duo, vt cauſa exegerit ſtante qualitate, & importantia ipſius, & teſtium numero tantummodo, & ordine, quibus ſupra, in dilationibus ad probandum: & prima dilatio ſit dierum quinque, & ſecunda dierum trium, nec opus ſit alia declaratione ſuper lapſu termini, & dictæ dilationes ſint communes vtrique parti.

Item ſtatuitur & ordinatur, quòd ſi quando detur copia alicui alicuius ſcripturæ, vel actus, præterquam petitionis, de qua ſupra, detur cum termimo ad primam ad reſpondendum, niſi quando opus eſſet Aduocato, & Procuratore, quòd fiat & aſſignetur congruum tempus, maximè ſi ſit pauper, pupillus, vel Eccleſia.

De Aduocato, & Procuratore.

ADuocatus, cui publicum munus iniunctum eſt à iure, debeat vnicuique patrocinari, ſiuè ciuilis cauſa ſit, ſiuè criminalis, niſi ad offenſam Inquiſitorum, in quibus ſtetur eius arbitrio, & compelli non poſsit, onerarium, ſeù merces, vel ſalarium competens Aduocato, & Procuratori ſtatuatur: non autem ex quota litis, aut pacto inito inter partes, ſed ſecundùm qualitatem & quantitatem cauſæ, eiuſque laborem, & induſtriam, iuxta taxam infra poſitam.

Exculenta tamen, & poculenta à clientibus data recipere vltra prædicta poſsit, tàm Aduocatus, quàm Procurator.

Cæterùm quicquid aliud Aduocatus, vel Procurator habuerit, & ex promiſsione ſponte facta, etiam cum Inſtrumento iurato, ſeù iuratis, & renunciationibus appoſitis, etiam expreſſa horum Statutorum derogatione, reſtituere teneantur, & promiſsio ſit nullius momenti; ac ſi metu, qui caderet in conſtantem virum facta eſſet, habeatur.

Dicti Aduocatus, & Procurator teneantur gratis pro paupere, vidua, pupillo, & Eccleſia patrocinari, niſi tales perſonæ eſſent diuites: quo caſu arbitrio Officialium taxetur præſtitum patrocinium, quòd minus in ijs eſſe debet, quàm in alijs perſonis.

De

De Matrimonio contrahendo, & dotium Conſtitutione.

STatuimus & ordinamus, quòd fœminæ, quæ Matrimonio copulantur, iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ de paragio dotentur, etiam vltra legitima arbitrio dicti dotantis, & taliter dotatæ non ſuccedant in bonis paternis, maternis, vel fraternis, ſed ſint & eſſe debeant propter agnationem, & familiam conſeruandam ſtantibus maſculis contentæ dotæ eis conſtitutæ, nec vlterius ab inteſtato aliquid petere poſsint, modo tamen dos non fuerit minus legitima: quo caſu liceat eis petere legitimè ſupplementum. Ex teſtamento verò capere poſsint quicquid relinquatur, & monialis ſit contenta dote ſolita dari, nec poſsit aliud ab inteſtato petere.

Item volumus, quòd Mulier ſemel dotata, ſi vidua remaneat, & vir eius dotem perdiderit, abſque aliquo contractu dictæ mulieris, vel alio conſenſu iuxta formam ſtatutorum in ſcriptis redactum teneantur, ſi qui eam dotauerint, vel eorum hæredes propter negligentiam, & culpam in dotem dando eam volentem tranſire ad ſecunda vota, iterum dotare eodem modo, vel nolente alium virum recipere, & in paupertate exiſtente, teneantur ipſam recipere in eorum domibus, & ipſi alimenta condecentia præſtare: & hoc niſi dotans in dotando fuerit iuſto errore ductus, vt quia maritus reputaretur publicè diues, ac idoneus, & bonæ vitæ.

Si verò in conſumatione dotis, mulierum delictum, vel conſenſus affuerit, ſibi imputetur.

De dotis reſtitutione.

SOluto Matrimonio per mortem vxoris, liberis non exiſtentibus, dos conſiſtens in pecunia, vel alijs rebus mobilibus, ſtatim reſtituatur, & panni, & ornamenta aliqua ſi in dotem data fuerunt, reſtituantur, etiam ſi appretiata fuerint; & deterioratio ipſa cedat ad incommodum mariti, & hæredum.

Immobilia autem teneatur reſtituere poſt annum.

Poſsit tamen maritus, & eius hæres retinere lectum dictæ vxoris

iuxta facultatem, & conditionem ipſorum; & ſi dicta mulier plures haberet lectulos, vir non lucretur meliorem, neque peiorem, & hoc in mobilibus tantum.

Mulier autem exiſtentibus filijs non valeat diſponere de dotibus ſuis niſi de decima parte bonorum: filijs verò non exiſtentibus de medietate: reliqua verò medietas reuertatur ad dotantem, ſeù eius hæredes illis deficientibus, ad proximiores.

Quòd ſi Matrimonium ſoluatur, quia mulier vidua remanſerit, vidua habebit dotes ſuas, vt ſupra, & ex bonis mariti præmortui veſtes lugubres ſecundùm conditionem, & diuitias viri: necnon veſtes, & pannos quotidianos, qui ad vſum quotidianum præſumantur, iuxta qualitatem ipſius mulieris, & viri.

Et vltra prædicta habeat quartam partem dotium promiſſarum, Et vice verſa, ſi mulier præmoriatur, non extantibus liberis ex dicto Matrimonio, maritus pariter lucretur quartam partem dotis promiſſæ: ſi verò extiterint filij, etiam ex alio Matrimonio, maritus habeat tantùm quantùm vnus ex dictis liberis, modò non ſit vltra quartam dotis promiſſæ vt ſupra.

Item habebit Anulum ſponſalitium (vulgo nuncupatum) la Fede: Reliquos verò Anulos, Aurum, Argentum, & pannos ad ornatum reſtituere habeant, & teneantur, vt ſupra.

Et prædicta de dotis lucro intelligantur niſi inter partes aliter conuentum fuerit, quarum conuentiones, & pacta ante omnia ſeruentur.

De Funeris impenſa.

IMpenſæ funeris, fiant de bonis mariti, tam in morte ipſius, quàm vxoris.

De dote confeſſata.

SI maritus conſtante Matrimonio confiteatur dotem recepiſſe, ſiuè in contractibus inter viuos, ſiuè in vltima voluntate id fiat, dicta confeſſio dicto marito ad vtilitatem dictæ mulieris plenè ſibi præiudicat, nec eam reuocare, aut de dote non numerata dicere vllo pacto poſſit, creditoribus tamen, & Fiſco præiudicet, ſolummodò quando maritus ante creditorum obligationem promiſiſſet dotem ſibi

bi dan-

bi dandam reſtituere, vel pro dicta dote obligaſſet bona ſua, vel præceſſiſſent capitula promiſſionis dotium. Tunc enim dos confeſſata intelligatur ſoluta tempore promiſſionis, & ſic retrotrahatur.

De Contractibus mulierum.

NObilibus mulieribus coniugatis licitum ſit, ſinè conſenſu virorum, ſuper rebus vtenſilibus tantùm vſque ad Ducatos viginti negociari, & diſponere inter viuos: Cæteris autem non nobilibus vſque ad Ducatos tres tantùm: Et marito abſente, ſi neceſſitas vrgeat, poſſit pro neceſſitate victus, & familiæ mutuum recipere, & maritus ſemper teneatur ad debita per eius vxorem tali de cauſa contracta, & in dubio præſumatur, quòd cauſa neceſſitatis victus ſui, & familiæ.

Maritus in lite qualibet poſſit pro eius vxore, abſque eius mandato actiuè, & paſſiuè interuenire, etiam in caſibus, in quibus mandatum quantumuis ſpeciale requireretur.

Item volumus, quòd mulieres non poſſint pro aliquo etiam patre, fratre, vel marito, etiam in carceribus conſtituto fideiubere. Quòd ſi ſecus fiat, dicta fideiuſſio nullius ſit roboris, vel moneti, nec iuramento, vel aliqua alia ſolemnitate confirmetur, & metu facta præſumatur.

Cæteros autem contractus inter viuos poſſit ex aliqua neceſſaria, vel vtili cauſa facere, conſenſu tamen duorum proximiorum conſanguineorum, tunc temporis in Ciuitate exiſtentium, & ipſis non extantibus, vel abſentibus, dummodo abſentia non ſit procurata, adhibeatur conſenſus duorũ proximiorum conſanguineorum, vel affinium poſt abſentes immediatè venientium, & ipſis non exiſtentibus adhibeantur duo vicini probi viri, & viro præſente, ipſius viri conſenſus pariter adhibeatur, & in omni caſu ſemper adhibeatur Decretum Sindici, vltra Decretum Iudicis ad Contractus, ita quòd ambo interuenire debeant, & diuidere ſalarium, videlicet dimidium Carleni vni, & aliud dimidium alteri per contrahen. cum mulieribus ſoluen. Et ſi aliquis dictorum cõſanguineorum, vel affinium requiſitus ſuum conſenſum præſtare recuſat, abſque aliqua iuſta, & legitima cauſa; Gubernator, ſiuè Vicarius cauſa ſummariè, & ſine ſcriptis cognita, poſſit alium vice illius ponere: & contractus aliter facti, vel geſti modo

aliquo

aliquo non valeant, neque teneant, & præſumantur dolo, vel metu contracti, nec iuramento, vel alia quauis renunciatione confirmentur.

De Contractibus Pupillorum, vel Minorum, ſtulti, vel prodigi.

STatuimus & ordinamus, quòd in Contractibus Pupillorum, vel Minorum ſeruentur ſupra dicta omnia dicta in contractibus mulierum, & ſi ſint ſub Tutoribus, & curatoribus, ipſorum conſenſus, & diſpoſitio reſpectiuè, præſentialiter requiratur; aliàs ſint nullius roboris, vel momenti, prout ſupra, in contractibus mulierum dictum eſt: & idem quòd in contractibus minorum fiat, & obſeruetur in contractibus prodigi, furioſi, vel mente capti, & ſimilium: excepto, quòd in his Decretum interponatur per Iudicem.

De Contractibus illicitis.

STatuimus, & ordinamus, quòd contractus quicunque, ſiuè mutui, ſiuè alicuius debiti in ludo aliquo prohibito, vel inde occaſione celebrati, ſint nullius roboris, & momenti, nec iuramento, aut aliqua alia cautela confirmentur, & hæc tàm quoad principalem, quàm quoad eius fideiuſſorem, & ſi huiuſmodi exceptio opponatur, excipiens ad eam probandam audiatur infra octo dies, quòd ſi eam non probauerit, & conſtaret talem exceptionem cauſa differendi ſolutionem calumnioſè propoſitam fuiſſe, ſoluat intereſſe parti eius iuramento liquidandum, & Curiæ Ducatos duos pro pœna. Tunc autem calumnioſè videtur eam propoſuiſſe, quando non probauit aliquid, vel aliquas coniecturas oſtenderit, ſaltim ex quibus Iudex veriſimiliter crediderit talem exceptionem propoſitam fuiſſe veram, licet proponens ex defectus probationum ſuccubuerit.

De libris Mercatorum, & Aromatariorum quorumcunque.

ITem volumus, quòd Aromatariorum, & Mercatorum libris credatur ad effectum probandi tantum, dummodo ſint approbati à

bi dandam reſtituere, vel pro dicta dote obligaſſet bona ſua, vel præceſſiſſent capitula promiſſionis dotium. Tunc enim dos confeſſata intelligatur ſoluta tempore promiſſionis, & ſic retrotrahatur.

De Contractibus mulierum.

NObilibus mulieribus coniugatis licitum ſit, ſinè conſenſu virorum, ſuper rebus vtenſilibus tantùm vſque ad Ducatos viginti negociari, & diſponere inter viuos: Cæteris autem non nobilibus vſque ad Ducatos tres tantùm: Et marito abſente, ſi neceſſitas vrgeat, poſſit pro neceſſitate victus, & familiæ mutuum recipere, & maritus ſemper teneatur ad debita per eius vxorem tali de cauſa contracta, & in dubio præſumatur, quòd cauſa neceſſitatis victus ſui, & familiæ.

Maritus in lite qualibet poſſit pro eius vxore, abſque eius mandato actiuè, & paſſiuè interuenire, etiam in caſibus, in quibus mandatum quantumuis ſpeciale requireretur.

Item volumus, quòd mulieres non poſſint pro aliquo etiam patre, fratre, vel marito, etiam in carceribus conſtituto fideiubere. Quòd ſi ſecus fiat, dicta fideiuſſio nullius ſit roboris, vel momenti, nec iuramento, vel aliqua alia ſolemnitate confirmetur, & metu facta præſumatur.

Cæteros autem contractus inter viuos poſſit ex aliqua neceſſaria, vel vtili cauſa facere, conſenſu tamen duorum proximiorum conſanguineorum, tunc temporis in Ciuitate exiſtentium, & ipſis non extantibus, vel abſentibus, dummodò abſentia non ſit procurata, adhibeatur conſenſus duorũ proximiorum conſanguineorum, vel affinium poſt abſentes immediatè venientium, & ipſis non exiſtentibus adhibeantur duo vicini probi viri, & viro præſente, ipſius viri conſenſus pariter adhibeatur, & in omni caſu ſemper adhibeatur Decretum Sindici, vltra Decretum Iudicis ad Contractus, ita quòd ambo interuenire debeant, & diuidere ſalarium, videlicet dimidium Carleni vni, & aliud dimidium alteri per contrahen. cum mulieribus ſoluen. Et ſi aliquis dictorum cõſanguineorum, vel affinium requiſitus ſuum conſenſum præſtare recuſat, abſque aliqua iuſta, & legitima cauſa; Gubernator, ſiuè Vicarius cauſa ſummariè, & ſine ſcriptis cognita, poſſit alium vice illius ponere: & contractus aliter facti, vel geſti modo

aliquo

aliquo non valeant, neque teneant, & præſumantur dolo, vel metu contracti, nec iuramento, vel alia quauis renunciatione confirmentur.

De Contractibus Pupillorum, vel Minorum, ſtulti, vel prodigi.

STatuimus & ordinamus, quòd in Contractibus Pupillorum, vel Minorum ſeruentur ſupra dicta omnia dicta in contractibus mulierum, & ſi ſint ſub Tutoribus, & curatoribus, ipſorum conſenſus, & diſpoſitio reſpectiuè, præſentialiter requiratur; aliàs ſint nullius roboris, vel momenti, prout ſupra, in contractibus mulierum dictum eſt: & idem quòd in contractibus minorum fiat, & obſeruetur in contractibus prodigi, furioſi, vel mente capti, & ſimilium: excepto, quòd in his Decretum interponatur per Iudicem.

De Contractibus illicitis.

STatuimus, & ordinamus, quòd contractus quicunque, ſiuè mutui, ſiuè alicuius debiti in ludo aliquo prohibito, vel inde occaſione celebrati, ſint nullius roboris, & momenti, nec iuramento, aut aliqua alia cautela confirmentur, & hæc tàm quoad principalem, quàm quoad eius fideiuſſorem, & ſi huiuſmodi exceptio opponatur, excipiens ad eam probandam audiatur infra octo dies, quòd ſi eam non probauerit, & conſtaret talem exceptionem cauſa differendi ſolutionem calumnioſè propoſitam fuiſſe, ſoluat intereſſe parti eius iuramento liquidandum, & Curiæ Ducatos duos pro pœna. Tunc autem calumnioſè videtur eam propoſuiſſe, quando non probauit aliquid, vel aliquas coniecturas oſtenderit, ſaltim ex quibus Iudex veriſimiliter crediderit talem exceptionem propoſitam fuiſſe veram, licet proponens ex defectus probationum ſuccubuerit.

De libris Mercatorum, & Aromatariorum quorumcunque.

ITem volumus, quòd Aromatariorum, & Mercatorum libris credatur ad effectum probandi tantum, dummodo ſint approbati à

Magnificis Conſulibus,& ſigillo Ciuitatis roborati,& dummodo infra duos, vel tres menſes poſt bona Aromatariæ in creditum data, fuerit factum computum cum debitoribus coram teſtibus: tunc partitæ ſcribantur in libro magno, & fidem faciant; aliàs eis non credatur.

Item volumus, quòd ad hoc Aromatarius teneatur facere computum infra duos, vel tres menſes poſt data bona, aliàs ſuis partitis non credatur, & id procedat, vel intelligatur quando infra dictum tempus fuit requiſitus ad dictum computum faciendum, & per eum ſteterit, quominus computum prædictum factum fuerit.

Si verò per eum non ſteterit, vel fuerit aliquo iuſto impedimento impeditus, vt infirmitate, carceratione, vel abſentia: tunc dictum tempus ei non currat.

Et in dicto libro, tàm Aromatarij, quàm Mercatores debeant fideliter deſcribere data, & accepta, ſub pœna falſi.

Item volumus, quòd Aromatarij debeant fideliter dare liſtam de omnibus datis, nec aliquid non datum ponatur: aliàs parti teneatur in quadruplum, & pœna falſi puniatur, vt ſupra.

Item volumus, quòd partitæ Mercatorum, eo ſciente ſcribere, ſint ſubſcriptæ manu propria, a neſciente verò ſigno Crucis munitæ, & à duobus teſtibus ſubſcriptæ; aliàs eis non credatur.

Item volumus, quòd omnia prædicta præſumantur ſoluta per lapsū triennij, quando de contrario non conſtat.

Item volumus, quòd partitæ Mercatorum, vel Aromatariorum, in quibus ſeruata fuerit forma ſupra in Statuto deſuper poſita, habeant exequutionem paratam realem, aut perſonalem, arbitrio creditoris: In omnibus autem prædictis caſibus, ſi reus ante commiſſam exequutionem comparuerit, & debitum ſponte confeſſus fuerit, detur ei terminus dierum decem ad ſoluendum, niſi ſit ſuſpectus de fuga; quo caſu detineatur niſi caucrit.

De exequutione Inſtrumentorum.

INſtrumenta publica quarentigiata in forma Cameræ celebrata exequutioni demandentur, realiter, & perſonaliter arbitrio creditoris; præuia temen vnica citatione partis, cui contra illud nullam exceptionem apponere liceant, niſi prius ſe conſtituerit in carceribus

ribus, & antea liceat ei ſolummodo opponere exceptionem ſolutionis, falſitatis, ſimulationis, & nullitatis, quæ exceptiones in promptu Iudicis adhuc pro Tribunali ſedenti proponantur, & aliquid oſtendatur, ſaltim ſemiplenè, quòd faciat ad excepta: Iudex poſſit etiam eis non conſtitutis in Carceribus breue dilationem arbitrio ſuo tali excipienti dare, qua elapſa reus condemnetur, & carceretur, vel abſoluatur, vt iuris fuerit: & ſuccumbes in expenſis, damnis & intereſſe condemnetur, & pœna accuſata in dictis caſibus exigatur à temere accuſante, & donec diſcutiatur, non exigatur: & ſi alia exceptio vltra prædictas quatuor opponatur, cogatur ad ſoluendum, vel ad permanendum in carceribus, & audiatur in iuribus ſuis: & ſi ſoluerit, vel depoſuerit, creditor poteſt cautionem de accepta reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ: & prædicta in Inſtrumentis quarantigiatis, vel in forma Cameræ celebratis ſeruentur, & etiam in obligationibus pœnes acta, cuiuſcunque Curiæ Ciuitatis Beneuenti, & aliarum Curiarum, dummodo ſit in eis renunciatum huic foro.

Et Inſtrumenta prædicta poſt decem annos odio negligentium non poſſint produci via exequutiua, ſed tantùm in vim probationis: & poſt viginti annos debitum præſumatur ſolutum, niſi contrarium probetur.

Reus contra quem fuerit productum aliquod Inſtrumentum exequutiuum, vel alia ſimilis obligatio, ſi ſoluerit infra octo dies poſt factam dictam accuſam nihil ſoluat pro pœna: Poſtea verò teneatur ſoluere ad rationem Granorum quinque pro quolibet Ducato, in ciuilibus tantùm.

Exteri, & forenſes verò ſtatim cum fuerint accuſati teneantur ſoluere pœnam eandem, Granorum quinque pro quolibet Ducato, contra quos poſſit procedi abſque citatione propter ſuſpitionem.

De litigioſis.

Conuentus actione reali, ſi lite pendente poſt primam citationem non circunductam rem in alium quocunque titulo alienauerit, etiam inſcio recipiente in perſona primi poſſeſſoris finiatur iudicium, citato ſemel poſſeſſore, & in eius notitiam lite in ſcriptis apud acta deducta, etiam ſi per mille manus poſſeſſio ambulauerit, exe-

quutio fiat contra vltimum poſſeſſorem, etiam non citatum in exequutione: Et alienans lite penente prædicta, pro pœna medietatem æſtimationis rei Curiæ ſoluat, & tantumdem acceptor, ſi ſcriuerit rem litigioſam.

De nouo opere conſtruendo.

AEdificare in vice Flumine, vel alio loco publico ſinè licentia Conſilij nemini liceat; & qui contrafecerit, teneatur opus deſtruere, reficere intereſſe vicinis, & ſoluere Vncias quatuor pro pœna: licèt tamen in flumine publico palatam facere latitudinis duorum pedum propè Ripam, & bona ſua, pro defenſione, & manutentione ipſarum, modo tamen nòn fiat abſque neceſſitate, & ad æmulationem alicuius vicini: & quilibet de Populo poſſit accuſare facientem nouum opus in loco publico, & lucretur quartam partem dictæ pœnæ.

In loco autem proprio ædificare cuilibet permittitur, Iuxta tamen iuris ſanctiones.

Altius domum extollere, feneſtras facere ſecundùm, quòd infra dicetur, & ſimilia agere: quòd ſi quis ex nouo opere damnum aliquod ſentire prætendat, nunciatione noui operis prohibet ædificantem, ne vlterius in ædificando procedat: qua citatione facta ædificans, ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè teneatur ab ædificio deſiſtere: aliàs quicquid fecerit, demoliatur, & hoc donec à Iudice, vel habuerit licentiam cauſa cognita ædificandi, vel ſatis dederit, de tollendo ædificium, ſi apparebit eum iniuſtè ædificaſſe, tunc enim ſibi omninò ædificare liceat.

Ædificia in muro communi.

LIceat ſocio requiſito murum communem altius extollere, vel ædificare: & ſi ſocius noluerit in expenſis contribuere, ipſe ſolus id facere poſſit, modo tamen dicto muro communi ex nouo ædificio damnum aliquod non fiat: quo caſu potior ſit conditio prohibentis, & ædificans ſemper teneatur parti ad intereſſe.

Et ſi ſocius requiſitus, qui nolit contribuere, ipſe quoq; velit vti nouo ędificio, teneatur ſoluere medietatem expenſarum; aliàs non poſſit.

De

De Stillicidijs.

SI quis habuerit viam vicinalem, ſeù ſtrictulam communem cum aliquo, in qua ſtillicidia cadant, & noceant muro vicini, quilibet ſuum ſtillicidium conſtringat, ita quòd in alterius muro non cadant, & in eandem ſtrictulam nullus habeat immunditias proijcere, nec aliquo impedimentum præſtare, quo minus aqua decurrat, pœna duorum Tarenorum, & intereſſe partis.

Neque liceat extendere ſtillicidium aliquod ſupra res vicini, niſi ſpatio vnius pedis ſupra, publicum autem vnius pedis cum dimidio, vbi neque podium fieri, neque aliquid aliud facere liceat.

De Pergulis, & Arboribus.

VItes, & Pergulas vnicuique ante domum propriam habere permittitur, dummodo vicinis,& tranſeuntibus impedimento non ſint, neque lignamina damnum inferant: aliàs emendato damno, ac impedimento ſublato, pœna vnius Auguſtalis puniatur.

Arborum ramos alienorum pendentes in locum proprium, facta prius requiſitione coram Officialibus, poteſt quis ſuccidere, ne pendeant, vel fructus eorum colligere, & retinere ſine pœna.

De Columbario.

VNicuique liceat Columbariam facere in ſuo, etiam quòd lateres pro receptaculis columborum protendant ſupra ſolum vicinorum, vel publicum, etiam quòd in dictis locis immunditiæ, & ſtercus columbariæ decidant: columbas autē capere non liceat, prout latius in libro criminalium continetur.

De compromiſſo.

LIte orta, & in iuditium deducta inter conſanguineos & affines durante affinitate, vſque ad ſecundum gradum incluſiuè lis, & cauſa reo, ſiue Actore petente de iure, & de facto in procedendo, & in ſententiando compromittatur & ipſi litigantes cogantur ad eligendum duos communes amicos, vnum videlicet pro quolibet, in quos tanquam Arbitros, & Arbitratores, & amicabiles compoſitores compromittant,

promittant, cum poteſtate procedendi, & decidendi de iure, & de facto, prout ipſis Arbitratoribus melius expedire videbitur: quòd ſi aliter eorum eligere diſtulerit, tunc Iudex in contumaciam, abſque aliqua requiſitione eligat.

Qui ſi fuerint diſcordes adeant dicti Arbitri vnum ex Iudicibus ordinarijs prædictæ Ciuitatis ad eorum arbitrium, qui tertius intelligatur in compromiſſo, niſi per partes in tertium fuerit concordatum.

Quòd ſi dicti duo Arbitri inter ſe fuerint diſcordes in eligendo; tunc vnus ex Iudicibus ordinarijs tertium eligat, partibus tamen non ſuſpectum.

Qui tres lites, & differentias vertentes diffiniant, ac componant, & altero diſcordante ſufficiat conſenſus duorum: & in cauſa quo dictis tres omnes pariter diſcordarent, adeatur Dominus Locũtenens, qui in dictis cauſis electus intelligatur; & ſi cum vno, & duobus Arbitris à partibus electis ſe concordauerit, & exequutioni demandetur, neque à prædictorum laudo appellari, & reclamari, de nullitate dici, aut ad arbitrium boni viri peti reductio poſſit, niſi ſemel, & interim non retardetur exequutio laudi lati præſtita cautione, de reſtituendo in caſu reſtitutionis.

Item volumus, quòd in cauſis à quinque Ducatis infra inter cõſanguineos & affines compromiſſum factũ poſſit probari per duos teſtes; In cauſis verò maioris ſummæ, vel inter alios compromiſſum fiat in ſcriptis, iuxta iuris diſpoſitionem.

Excipimus tamen è prædictis cauſas, vbi peteretur exequutio alicuius Inſtrumenti liquidi, vel ſententiæ, & obligationis penes acta Curiæ.

De re duobus vendita.

STatuimus & ordinamus, quòd res alicui vendita, licet nondum tradita, non poſſit alteri vendi: & ſi vendatur, ſecunda venditio non valeat, nec teneat: & emens, vel vendens ſcienter rem alteri venditam, pœnam medietatis æſtimationis Curiæ ſoluat, & damnum parti reficiat.

Item volumus, quòd nullus rem, ſpecialiter tamen alteri obligatam vendere, aut alienare præſumat, niſi prius requiſito creditore pro

debito ſuo,vel eo ſatisfacto: & contrafaciens puniatur pęna quinquaginta Ducatorum applican. & parti & Fiſco :ſaluis tamen iuribus ſuis dictæ partis agen. ad dictam rem ſibi obligatam in caſu ſuo.

De re furtiua alteri vendita.

REm furtiuam mobilem, ſeu ſeſe mouentem alteri venditam, emptor reſtituere non compellatur niſi reſtituto pretio, modo emptio facta ſit in loco publico de die,bona fide, corā tribus teſtibus, iuſto pretio,vel parum minus, & à perſona non ſuſpecta; aliàs teneatur illam reſtituere nulla facta mentione de pretio: & emptor recepto pretio, nullatenus ipſius reſtitutionem domino fiendam, differat vbi reſtituen. veniret.

De Equo, aut alio animali morboſo vendito.

SI quis emerit aliquod animal, vitioſum, vel morboſum, ſiquidem morbus fuerit patens, & qui oculis corporis ab vnoquoque videri potuiſſet, emptor ſibi imputet: ſin autem fuerit latens, tunc venditor infra bimeſtre teneatur dictum animal recipere, & precium reſtituere.

De repreſalijs.

SI Ciuis in Regno propter denegatam iuſtitiam bona, aut debita recuperare nequiuerit, & de hoc Curiæ conſtare fecerit, ſaltim ſemiplenè, debeat Curia ipſa inſtante parte bis, vel ter eius litteris Baronem, vel Officialem locorum hortari, vt bona reſtituantur, & iuſtitia miniſtretur: aliàs præcedente iudiciali taxatione, poterit iurare ſuper æſtimatione bonorum, & illa recuperare poſſit ab hominibus illius loci, cui iuſtitia denegata fuerit, & per viam repreſaliarum, vt hactenus obſeruatum fuit.

De Iure congrui.

SI res ſtabilis vendatur, habeat locum ius congrui, & vicinitatis, & primo ſocius rei communis venditæ, poſtea vicinius, qui ex maiori parte prædia, vel bona coherentia poſſidet, niſi vicinus ſit etiam conſanguineos vſque ad quartum gradum incluſiuè, tunc etiam

cæteris

cæteris alij vicinis, quòd in maiori parte cohæreat emptoribus præferatur precio reſtituto, aut depoſitato, quòd realiter, & verè ſolutum fuerit, abſque fraude, vel colluſione: vicinis tamen ceſſantibus, pręferatur etiam cęteris extraneis illę, qui cenſum aliquem, & perpetuum ſuper illa re emiſſet.

Et ſi plura prædia vno precio vendantur, diuerſorum prędiorum vicini admittantur, habita æſtimatione ipſorum, & precij ab arbitris electis per Iudicem partibus non ſuſpectis, habito tamen reſpectu ad precium, quo res fuerunt venditæ: ſi venditio facta fuerit ſub conditione, aut cum pacto de retrouendo, ius congrui locum habeat, ac ſi pura venditio facta eſſet, dummodo eaſdem conditiones vicinus obſeruet.

Inſuper Ciues oriundi, & qui ex priuilegio habitant, ſine temporis præfixione ius congrui, & exteris præferantur in venditionibus, ſeu locationibus ad longum, vel breue tempus factis rerum, vel bonorum ſtabilium in Ciuitate, & eius Territorio exiſten. adeo quòd locatio, vel venditio forenſi facta ipſi Ciui habenti ius congrui facta intelligatur, & facto depoſito intimato, mittatur in poſſeſſione.

Præferatur etiam dominus rei locatæ in omnibus fructibus, prouentibus, & redditibus à conductore venalibus habitis, aut alij venditis: ita quòd ſoluto precio, aut facto depoſito realiter, ſi precium recipere recuſaretur, & cum effectu poſſit propria auctoritate dictos fructus capere, & ipſo facto emptor per Iudicem expellatur.

Nulla fraus in præiudicium vicini fiat, nec donetur res empta, aut permutetur, aut in dotem aſſignetur; quibus caſibus ceſſat ius congrui: ſi verò ſic contraheretur, quòd ſi detegeretur dicta fraus ſtatim vicinus mittatur in poſſeſſionem: etiam ſi per mille manus res empta ambulaſſet, & fraudans dimidium pretij amittat, & vicinus qui congrui petierit, non niſi aliud dimidium ſoluere teneatur.

Detegitur ipſo iure fraus, ſi res empta, & permutata, donata, aut in dotem data infra annum ad emptorem, quomodolibet peruenerit, aut reuertatur.

Item ſi ſtatim, aut aliquo interuallo donaretur filijs, aut nepotibus ex filijs, aut nepotibus fratrum, qui inſimul cum emptore habitarent, omnibusque alijs, qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.

Sed

Sed ſi permutatio de re ad rem fieret præcedente tractatu de vendendo, tunc probato dicto tractatu, habeat locum fraus prædicta, & vicinus obtinere debeat, vt ſupra.

Si verò in effectu fuerit vera permutatio, aut aliquod precium adderetur: tunc ſi precium excederet rem datam in permutationem, habeat locum ius congrui: ſi verò non excederet, vel eſſet æquale, vicinus non admittatur, & ſi in re, quæ iure congrui petitur, eſſent factæ expenſæ, aut quomodolibet auctæ eſſent, ſi ante citationem, & requiſitionem, repetuntur: ſi verò poſtea tranſeunt ad vicinum, idem dicendum eſt de fructibus, poſt requiſitionem perceptis, qui compenſantur cum precio, Idem ſi lapides, aut aliquid aliud in fundo, & re empta repertum fuerit.

Quòd ſi locationes, ſeù affictus in emphyteoſim, aut quomodolibet eſſent per tempus, aut agnatione finita decurſæ, etiam quòd eſſet pactum iuratum, aut quælibet renunciatio, de relaxando res vacuas, & expeditas cum omni augmento in poſſe Dominorum, qui de eis ad libitum diſponere poſſent, aut per quæcunque alia verba debeant antiquis poſſeſſoribus renouari ad euitanda ſcandala, & vt æquitas ſeruetur, in quibus antiqui poſſeſſores pro iuſta penſione æſtimanda per duos probos viros, cæteris alijs etiam vicinis præferantur, non obſtantibus quibuſcunque.

Inſuper in omnibus locationibus ad longum, ſiuè ad tempus breue factis, ius congrui locum habeat, & vicinus præferri debeat.

Annis tamen octo præſcribatur, ſi vicinus præſens in Ciuitate fuerit, aut eius familia, quòd ſi abſens fuerit dictum tempus non currat, niſi à die, quo in Ciuitatem venerit, aut notitiam habuerit.

De Locationibus operarum.

Conductor operum diurnalium mercedem promiſſam ſoluere teneatur in fine cuiuſlibet diei, nec operario obſit aliquid, ſi per eum non ſtat, præter aeris tempeſtatem: ſi verò per dictum Dominum ſteterit in non dando ad laborandum, vel non habeat opus ad finiendum diem, tunc totam mercedem præſtet; & ſi diſtulerit totum diem ſequentem, duplum ſoluat.

Quòd etiam intelligendum eſt in foſſoribus, ſeù zappatoribus, omnibusque alijs operarijs quibuſcunque.

De Vecturalibus Vini.

VEcturales conducti ad Vinum, ſeù Muſtum ducendum pro certo tempore à torcularibus, ſeù alijs locis, non poſſint durante dicto tempore alijs operas locare, & priorem conductorem relinquere, Aliàs ſi contrafecerint ad intereſſe Vini in parmento remanentis, vel ad maius ſalarium alijs præſtan. teneantur, & Curiæ pro pœna Tarenum vnum pro qualibet vice ſoluant.

E contrario conductores pro tota die operas vecturalium conducen. ſi non dederint ad vehendum Vinum pro tota die, ad ſalarium teneantur.

De Torcularibus, ſeù parmentis, & quis prius vindemiare debeat.

SI inter habentes Torcular, ſiuè parmentum commune naſcatur diſcordia, quis prior vindemiare debeat; ſtatuitur, quòd qui plures partes parmenti habet, ille prior eſſe debeat, Item qui vicinior parmento ſit, niſi vicinior non paratus ſit vindemiare; tunc alius proximior admittatur, & ſic de ſingulis.

Reficere parmentum omnes ius habentes debeant, pro æquali expenſarum portione, niſi quis plures partes habeat, tunc plus debeat contribuere: aliàs ſi requiſiti infra tres menſes non contribuerint, ius amittant, & reficienti accreſcat, quæ refectio ſit in toto, vel in parte dimidia, & pro vſu illius anni; tunc vſus illius anni tantùm amittat.

De Partionarijs Vinearum.

ITem ſtatuimus, quòd partionarij Vinearum, & qui laborant in Vineis ad partem, teneantur benè colere & gubernare, & infra menſem Martij Vineas ligent, ſeù tendant, & fodiant, & infra menſem Maij, vel ad ſummum infra dimidium menſis Iunij iterum fodiãt, ſeù vt vulgo dicitur recotent, aliàs teneantur domino ad intereſſe per

duos

duos communes amicos liquidan. & dominus poſſit dicto caſu dictum partionarium expellere: necnon dicti partionarij teneantur benè cuſtodire fructus: aliàs præſumatur contra eos.

Quando conductor expelli poſsit.

DOmus conducta poteſt per dominum euocari, & inquilinus ab ea expelli propter neceſſariam locatoris, aut filiorum, & filiarum habitationem, poſt locationem ſuperuenien. etiam quòd promiſerit non leuare, vel alio quouis modo ſe obligauerit locator, refectis tamen melioramentis.

De vicino exoſo, meretricibus, & alijs in vicinia non permittendis.

STatuitur, quòd quiſquis habitator domus bonis, & honeſtis vicinis ſuis exoſus fuerit ratione ſuæ inhoneſtæ vitæ, vel quia rixoſus, aut alio quocunque modo, de quo ſtari, & credi debeat dicto maioris partis vicinorum, aut ad minus duorum electorum per Officialem à dictis vicinis requiſitum, qui ſi infra tempus ex vrbanitate Statutum non diſceſſerit, pœna duorum Auguſtalium puniatur, & diſcedere compellatur, Idem etiam obſeruatur in exteris habitantibus ſinè vxore, aut alijs mulieribus conſanguineis, & honeſtis, vt expelli poſſit modo quo ſupra: Et patronus domus ab Officiali requiſitus, ſi inquilinum non renunciauerit, & illum contra voluntatem vicinorum ſtare permiſerit, aut verbis, vel facto defenderit, aut poſtea iterum locauerit, Auguſtale vnum pro pœna ſoluat.

Et vicini qui hoc petierunt, teneantur pro illo anno penſionem ſoluere, quam locator habere ſolebat, vel bonus, & honeſtus habitator ſoluere potuiſſet, & pro eodem anno ipſi alteri locare, ante tamen ſolutionem, vel cautionem de ſoluendo in tempore conſueto expelli non poſſit.

Si quis etiam habitauerit in domo propria, & ſuis moribus inhoneſtis propter inhoneſtatem vicinis odioſus fuerit, & de ijs Officiali conſtiterit, requiſitus à dictis vicinis infra menſem habeat ſe emendare, & ſi perdurauerit in eadem inhoneſtate, à domo propria peni-

tus expellatur à vicinis, ſeù maiori parte ipſorum Officialis auctoritate, & alteri honeſtæ vitæ locetur. Leproſi inſuper non ſolum vicinis, ſed omnibus de Ciuitate exoſi ſint, & eſſe debeant. Ideo ſtatuitur, quòd infra Ciuitatem domicilium habere, aut morari nullatenus debeant: ſed tantummodo mendicando tranſcurrere, & ſtatim exeant; aliàs à quolibet iniurioſè expelli poſſint impunè, & iterum intrare non permittatur: & qui illos retinuerit intra Ciuitatem in aliquo loco ipſorum, Vnciam vnam pro pœna Curiæ ſoluat, & accuſator habeat quartam partem, & eius iuramento credatur ſi bonæ famæ exiſtat.

De Ferijs.

IN omnibus cauſis ciuilibus iudicialis ſtrepitus conquieſcat diebus Feſtiuis, in honorem Dei, Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum à Sancta Romana Eccleſia approbatis, ac laborari prohibitis, necnon diebus Feſtiuis, ſeù ſolemnitatibus Sancti Barbati, & Mercurij eiuſdem Ciuitatis patronorum tutelarium, quibus ferijs renunciari non poſſit, & acta ſint nulla.

In honorem Dei, etiam ſunt dies.

QVando Corpus Beati Bartholomæi Apoſtoli, ex Lipari ad hanc Ciuitatem venerat, vbi per eoſdem dies fiunt proceſſiones per Clerum huius diœceſis ad Eccleſiam eiuſdem Apoſtoli, tunc Populorum deuotione, ac eleemoſynis ædificatam, ideo ijſdem diebus iudicialis ſtrepitus vtriuſque fori ſileat, & acta ſint nulla, nec eis poſſit renunciari.

Feriæ meſſium, vindemiarum, fori vacationem præſtent, & acta etiam ſint nulla niſi à partibus eſſet renunciatum, vel non allegarentur, & niſi fuiſſet proceſſum ad concluſionem incluſiuè, aut res eſſet tempore peritura, vel periculum, ſeù commune damnum immineret: tunc enim procedi poteſt in cauſis.

Tempus verò feriarum meſſium incipit à die Feſti Sancti Ioannis de menſe Iunij, & durant vſque ad primum diem menſis Auguſti: Vindemiarum autem à die decimo quinto menſis Septembris vſque ad xv. menſis Octobris.

De

De modo pignorandi debitorem, & forma ſeruanda in exequendo.

LIcitum eſt creditori habenti obligationem in bonis creditoris, & debitorem ipſum in eius bonis pignorari facere per Iuratum; & debitor, qui contrauenerit, ſeu pignus negauerit ſe daturum, pœna vnius Carleni mulctetur, ac eadem pœna teneatur, qui iniuſtè pignoraſſe docetur.

Si creditor pignus, aut commodatarius rem commodatam, ſeu pignoratam abſque eius culpa amiſerit, licebit ei ſimilem rem coram Iudice præſentare, & iurare rem præſentatam æque bonam eſſe, eiuſdem valoris, cuius erat res amiſſa, & non alienatam: quòd ſi contrarium probetur, poteſt Actori de ęſtimatione illius rei deferri.

Sed in re vxoria, & dotali per creditorem non poteſt pignorari maritus, niſi pro penſionibus domorum, ſicut nec conductor, vel præcario poſſidens pro domino, vt ſocius in re communi pro parte ſua.

Curię exequutori, liceat debitorem pignorare in quibus voluerit, qui debeat habere reſpectum ad debitum, pro quo pignus aufert, adépta debitori facultate offerendi, dummodo non pignorentur boues aratorij: Inſtrumenta agriculturæ, aut alia neceſſaria ad artem exercendam, & victum quęrendum, nec panni lectorum, & vaſa ad comedendum, niſi in ſubſidium alijs bonis deficientibus: ſed in exteros non habitantes exequutio in dictis bobus poſſit fieri.

Milites habentes etiam poteſtatem pignorandi, aut ex pacto partium, aut Iudicis decreto, non debet ei exequutio, ſeu pignus denegari: aliàs denegans carceretur, & detineatur, & nihilomimus exequutio viribus pręturæ fiat, & illæ non liberetur, niſi creditor fuerit integrè ſatisfactus.

Et in vendendo pignore, ſeu conuentionali, ſeu iudiciali infra ſummam Ducatorum trium, quinque dies debitori ad releuēdum aſſignētur: vltra vero dictam ſummam, decem: aliter publicè plus offerenti ſubhaſtationibus vendantur, in hoc ſeruata forma tradita ſupra de Depoſitario pignoris, quando ſcilicet debeant vendi.

Qui autem pignus habuiſſe in iudicio requiſitus negauerit, & poſt-

modum

modum probatum fuerit; cogatur ad pignoris reſtitutiomem, & propter mendacium debito priuetur: & ſi infra ſummam vnius Vnciæ fuerit, quartam partem Curiæ pro pœna: ſi verò altra Vnciam decimam partem ſoluere teneatur.

Cæterum nemini familia Curiæ concedatur ad aſſociandum pro debito, etiam Inſtrumentali, & iurato, etiam in omnibus caſibus, in quibus aſſociatio concedi poteſt, niſi parte citata.

De ceſsione bonorum, & beneficio quinquennali.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi quando quis fuerit pro debito carceratus, vel conuenctus, ob paupertatem petierit admitti ad alterum de duobus beneficijs miſerabilibus perſonis conceſſis, ſcilicet ceſſionis bonorum, vel quinquennalis dilationis, debeant per Iudicem ad alterum de duobus, ad electionem creditorum iuxta iuris diſpoſitionem, ſeruata tamen forma Breuis ſuper bireto viridi, & non aliter, talis admitti.

Finis Libri Secundi.

STATVTORVM LIBER TERTIVS.

De modo procedendi in Criminalibus.

STATVIMVS & ordinamus, quòd inditio legitimo præcedente de aliquo delicto, de quo venit imponenda pœna corporis afflictiua, Iudex poſſit incipere, & procedere per viam citationis, vel ad capturam perſonæ, prout ſibi videbitur: ſi verò pœna fuerit pecuniaria, tunc procedatur per viam citationis, niſi conſiderata qualitate perſonarum, vel aliqua alia iuſta de cauſa Iudici contrarium videatur. Promptius tamen, ad capturam procedere poſſit Iudex contra fures & latrones, & vbicunque periculum ſcandali immineret, nec aliter quàm per capturam perſonarum facile prouideri poſſit.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd in omnibus & quibuſcunque delictis poſſit procedi per accuſationem, & inquiſitionem, modò nemini contra ius fiat, & contra formam Statutorum: quando tamen nó adeſt partis querela, vel adſit remiſſio, benignius procedatur.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd proceſſus non formetur, niſi legitimis præcedentibus inditijs, quæ inditia debeant adeſſe, etiam circa aſſaſſinium, vel aliàs qualitates in proceſſu appoſitas: & aliter formatus nó valeat neque teneat, & omnia inde ſequuta ſint irrita & nulla,& nullius moneti: poſſit tamen Iudex quandocunque ſuperuenientibus, nouis inditijs, nouum formare proceſſum, ſeu reſpectiuè, nouas adere qualitates, etiam quòd in inquiſitione non adeſſet clauſula. Super quibus omnibus & ſingulis.

Item

Item volumus, quòd formato proceſſu, citetur reus ad reſpondendum Inquiſitioni, & in citatione apponatur tenor eiuſdem, & fiat ſine alia pœna, & aſſignetur terminus trium dierum ad reſpondendum: & citatio ſi fiat perſonaliter, vna tantum ſufficiat: ſi verò domi, tres requirantur: ſed ſecunda, & tertia fiat abſque tenore Inquiſitionis.

Et ſi reus comparuerit, & pro illo delicto veniat imponenda pœna corporis afflictiua, veluti mortis naturalis, triremium, & mẽbri abſciſſionis, defendatur talis in carceribus, arbitrio domini Iudicis, caſu, & qualitate perſonarum penſata.

Si verò pœna non fuerit corporis afflictiua, vt ſupra, dimittatur ſub fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo: completo tamen prius proceſſu informatiuo, & reo benè & ſufficienter examinato.

Si verò fideiuſſorem non habeant, & de delicto non conſtet per teſtes, vel per eius confeſſionem, admittatur ſub iuratoria cautione: ſi verò de delicto conſtiterit, vt ſupra, niſi reus præſtiterit cautionem, poſſit detineri.

Volumus etiam, quòd vbi non agitur de pœna corporis afflictiua, Procurator poſſit comparere pro reo, niſi Iudici magis expediens videretur examinare reum, legitimis tamen præcedentibus inditijs.

Si verò reus non comparuerit, ſed fuerit contumax: tunc ponatur in banno, pœna Statuti, iuxta delictum appoſita: & ſi infra ſex alios dies comparuerit, debeant audiri ac ſi comparuiſſet in prima citatione: ſi verò adhuc contumax fuerit, iterum cum termino aliorum ſex dierum, citetur ad audiendum ſententiam, & condemnationem: & elapſo dicto termino fiat condemnatio, ſeruata ſemper forma Statutorum: & vbi Statuta non prouiderent, procedatur ſecundum iuris diſpoſitionem.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis legitimis præcedentibus inditijs inquiſitus, & vt ſupra citatus, & poſitus in banno fuerit, & ante condemnationem non comparuerit, vti contumax habeatur pro vero confeſſo, & conuicto: ſed ſi poſt condemnationem intra annum comparuerit, audiatur; ſaluis tamen remanentibus inditijs ex contumacia reſultantibus: ſi verò intra annum, vel poſt annum captus fuerit, facta legitima perſonæ recognitione, ſententia contra ipſum lata debitè, & effectuali exequutioni mittatur: Et poſt annum ad docen-

docendum de innocentia, ſeu ad faciendum ſuas defenſiones non admittatur, niſi à Sanctiſſimo Domino Noſtro hoc ſpecialiter fuerit impetratum. Et circa bona, vt certa ratio haberi poſſit portionis ad Reuerendam Cameram ſpectantis, fiat tempore formatę Inquiſitionis bonorum immobilium deſcriptio, & depoſitum mobilium reſpectiuè penes tertium.

De Procuratore ad allegandum cauſam abſentiæ, & Carceratorum viſitatione.

STatuimus, & ordinamus quòd liceat vnicuique comparere in qualibet cauſa capitali, & corporis afflictiua Coram Iudice, & allegare abſentiam citati, & petere terminum ad denunciandum; qui detur ſibi per Iudicem, & eius arbitrio, conſiderato loco abſentiæ allegatæ, dummodo non minus decem dierum.

Item volumus, quòd quolibet hebdomada in die Veneris per ipſum Rectorem cum aſſiſtentia Mangnificorum octo, Procuratoris Fiſcalis, Actuarij, & Procuratoris pauperum, debeat fieri viſitatio carceratorum quorumcunque: & ſi Iudex eſſet impeditus, vel aliquis prę dictorum, alij ſuppleant, ac Domini Magnifici octo teneantur prouidere neceſſitatibus pauperum carceratorum, ne eis fiat iniuſtitia; & datis defenſionibus, Iudex debeat ipſos poni facere ad largam, niſi ex qualitate grauitatis delicti Iudici contrarium videretur: quò caſu detur facultas reo exiſtenti in carceribus ſecretis ſemel, vel bis loquendi cum ſuis Procuratoribus, & Aduocatis.

De Inditijs ad torturam.

AD torturam non deueniatur contra reum, niſi prius data copia inditiorum, & termino dato ad faciendum ſuas defenſiones, etiam ſi reus eas non petierit, & pauperi, ac derelicto Iudex ſemper prouideat, de Procuratore, & Aduocato, & gratis eius defenſiones fiant, tam reſpectu ſportularum ipſius Domini Iudicis, quàm Actuarij, & Procuratoris, & Aduocati; An autem ſit reus pauper, ſtetur arbitrio Iudicis.

Item volumus, quòd inditia ſufficientia ad torturam, ſi inditia fuerint

rint à remotis, debeant probari per duos teſtes, Proxima verò ad hunc effectum poſſint probari per vnum tantum ſecundum diſpoſitionem iuris communis.

Item contra derobatores Stratarum, dictum derobati cum mala fama rei faciat inditium ad torturam, niſi adſit ſuſpitio inimicitiæ cum derobato, & rei bona fama probetur. Tunc enim, niſi alia concurrant, inditia videantur euacuata.

Item in latronibus publicis, vel priuatis dictum ſocij in torturam non leuiter, & pro forma illata cum aliquibus alijs adminiculis faciant inditium ad torturam: & ſi fuerint duo ſocij conteſtes, tunc ſine alijs adminiculis, ad torturam rei ſufficiat, & ſi tres fuerint, ipſum cõuincant, & pro conuicto habeatur: ſi tamen Iudex confeſſionem habere voluerit, ad ſciendum complices, & qualitatem delicti, poſſit ipſum etiam torquere.

Item ob immanitatem criminis aſſaſſinij, dictum aſſaſſini, vel mandatarij cum inimicitia capitali, vel quæ veriſimiliter potuiſſent talem mouere ad id committendum, ſit inditium ſufficiens ad torturam.

De modo inferendi torturam.

LEgitimis prçcedentibus inditijs, & poſt datas defenſiones vt ſupra, procedi poſſit ad torturam in delictis, in quibus tortura venit imponenda: & tortura inferatur, pro qualitate inditiorum, perſonarum, & delicti, & ſemper annotetur quantitas, & qualitas torturæ: quæ tortura ad plus non excedat horam cum dimidia, quę tamen poſt viginti quatuor horas, ſi Iudici videbitur pro qualitate inditiorum, & caſus perſonarum, poſsit etiam bis repeti.

Noua autem tormentorum genera non inueniantur, nec inferantur, niſi publicis latronibus diffamatis, & publicis derobatoribus ſtratarum: non tamen Inſtrumentum vigiliæ, iuxta ſtylum poſsit dici nouum genus tormenti.

De Tortura teſtibus adhibenda.

TEſtis, vbi in alios tantum examinatur, & veriſimiliter ſit de negocio informatus, & negotium ſit magnæ importantiæ, & dicat nihil ſcire, vel aliàs ſit varius, vaccillans, vel ſibi contrarius, torqueri poſsit,

poſsit, etiam non datis defenſionibus, & copia: quod etiam ſeruetur ſi teſtis examinetur in ſe, & in alios.

Item, quòd quando teſtis contrariatur alteri, ſiue eiuſdem partis, ſiue alterius; tunc ſtetur maiori parti, & ille teſtis puniatur tanquam à pluribus conuictus de falſo, vel torqueatur arbitrio Iudicis, vbi tamen depoſuerit ſuper negotio principali.

De Pœna Reorum.

STatuimus, & ordinamus, quòd Rector, qui pro tempore fuerit, teneatur, & debeat in delictis puniendis ſeruare Statutorum pœnas: vbi tamen non fuerit, prouiſum per conſtitutionem Summorum Pontificum.

De Blaſphemia.

CVm homines deliquendo quandoque Diuinam Maieſtatem, quandoque homines offendant. Primo de offenſionibus Dei principaliter ponendum eſt. Igitur ſtatuimus, quòd quicunque nomen Domini Noſtri Ieſus Chriſti, vel Glorioſiſſimæ Virginis eius Matris blaſphemauerit, pro prima vice puniatur in Ducatis xxv. pro ſecunda in quinquaginta, & pro tertia in Ducatis centum, & infamiæ notam incurrat, ac exilij pœna mulctetur: & ſi plebeus erit, nec pœnam pecuniariam ſoluere voluerit, pro prima vice per vnum diem ponatur ante portas Eccleſiæ manibus poſt terga reuinctis, pro ſecunda fuſtigetur, pro tertia transmittetur ad triremes, perforata ei primo lingua, Pro blaſphemia verò aliorum Sanctorum, puniatur quis arbitrio Iudicis, blaſphemiæ & perſonarum qualitate penſata, iuxta formam Bullæ S. D. N. Pij V. quæ debeat obſeruari in omnibus & per omnia, & non aliter & in omnibus ſupradictis ſeruetur Bulla S. D. N.

De Ludo.

QVoniam ex Ludo crimina, & blaſphemiæ oriuntur; ſtatuimus & ordinamus, quòd nemo impoſterum audeat ludere ad chartas ſeu taxillos, ſub pœna vnius Vnciæ pro quolibet, & amiſſioni s pecuniarum in ludo repertarum, nec ludendi dare licentiam

poſſit aut debeat Rector, exceptis temporibus æſtus, qui cauſa ſolatij honeſtis perſonis poſſit dare licentiam ludendi (vt dicitur) à Trionfetti, & Tarocchi, & ſimili, qui ludi fiunt magis cauſa ſolatij, quàm aliter: quæ pœna applicetur, pro medietate exequutori, & accuſatori, pro alia alicui loco pio.

Qui verò domum, poſſeſſionem, ſyluam, aut alium locum conceſſerit, ad ludendum contra prædicta, eadem pœna teneatur.

De Pœna euntium de nocte.

QVilibet prohibetur de nocte poſt ſonum campanæ ſiſten. in dicto Caſtro, vepoſt duas horas noctis ſine lumine per Ciuitatē ambulare: quæ campana ſonet per horam: & qui contrafecerit, & inuentus apprehenſus repertus fuerit, ſoluat Carlenos quinque pro pœna, & ſi in itinere lumen extinguatur, excuſetur; & de hoc credatur iuramento hominis bonæ famæ oſtenſo, extincto lumine: & inuentus ſine lumine ſi ſit ſoluen. eius nomen, tantummodo notetur cum præcepto, quòd die ſequenti compareat, nec propterea carceretur: ſi verò non ſit ſoluen. vel nolit ſatiſdare, ducatur ad carceres. Idem ſeruetur de mane vltra duas horas noctis ante diem in artificibus & forenſibus.

Excuſantur tamen à dicta pœna Parochiani, Medici, Aromatarij, & Furnarij vtriuſque ſexus, & pueri à duodecim annis infra, & exiſtentes ante domum propriæ habitationis.

De prohibita delatione Armorum.

NEmini liceat arma offenſiua per Ciuitatem, vel ſuburbia deferre, niſi ligata, vel cum calcaribus in pedibus, aut alio ſigno in cuſpite, ſub pœna vnius Vnciæ vice qualibet. Excipimus tamen itinerantes, & forenſes, qui caſu in id inciderent.

Excipiuntur etiam Magnifici Conſules pro tēpore, Sindicus, Theſaurarius, Doganerij Doganam exercentes per ſe ipſos non ſubſtitutos, Notarij, Cancellarij ciuiles, & criminales, Officiales damnorum datorum, & Iudices Officialium Ciuitatis ab ea deputati, & fratres iurati: habito tamen prius conſenſu à Superioribus, & exteros hoſpites teneantur admonere pro depoſitione Armorum, vt ſupra. Quo

verò ad

verò ad delationem archibuſetti parui, pugionis,& aliorum armorum breuioris menſuræ ſeruetur conſtitutio fel. rec. Pij V.

De Iniurijs verbalibus.

SI quis alicui verbum iniurioſum dixerit, quoad diminutionem famæ ipſius tendat, dummodo enormis iniuria non ſit: ſi ſint æqualis conditionis, vel iniurians maioris, & accuſatio interueniat; iniurians puniatur, vt infra in vltimo capite: ſed ſi iniurians ſit vilioris conditionis iniuriato, vt infra puniatur: & ſi iniuriatus eſſet Nobilis, tunc ad euitandum ſcandala iniurians arbitrio Iudicis,vt infra, puniatur, & ex qualitate graduum Conſilij cognoſcatur qualitas iniuriantis, & iniuriati, & ſi ſe ad inuicem vterque iniuriauerint, & ſint æqualis conditionis, vel prouocatus ſit altioris, vel melioris conditionis; prouocans, & primo iniurians, ad pœnam teneatur.

Si verò verba iniurioſa ad inuicem fuerint inter Nobilem & plebeum, & Nobilis primo iniuriam verbalem intulerit, vterque puniatur vt infra.

Et ſi iniuria verbalis illata fuerit, & de delictis capitalibus veluti, tu es Proditor, Hæreticus, rebellis, latro, & ſimilia; talis iniurians puniatur arbitrio Iudicis, vt infra.

Item volumus, quòd eadem pœna, vt infra, teneantur qui mulieri honeſtæ famæ aliqua verba iniurioſa protulerit, veluti Puttana, & ſimilia: quòd ſi mulier fuerit inhoneſtæ famæ,teneatur,vt infra, & prædicta quando iniurians eſſet pariter mulier: ſi autem eſſet vir, & mulier iniuriata eſſet honeſta, puniatur vt infra.

Item volumus, quòd eadem pœna puniatur, ſi quis ficum alicui cũ digitis,vel Caſum Caballum cum cubito fecerit, aut nates oſtenderit, quæ pœna poſſit, etiam augeri pro qualitate perſonarum, vt ſupra.

In ſupradictis omnibus caſibus pœna remittatur arbitrio Iudicis, qui conſiderata qualitate perſonarum,& iniuriæ, condignam pœnam imponat, dummodo non excedat pœnam exilij incluſiue.

Et in omnibus iniurijs prædictis ſaluum ſit ius iniuriato agendi ciuiliter, ad æſtimationem iniuriæ, & pœna criminaliter non teneatur.

Item volumus,quòd iniuriæ predictę per vnum teſtem fidedignum, cum iuramento ſuppletorio probentur.

Inter

Inter conſanguineos & affines vſque ad tertium gradum, & inter vicinos eiuſdem Parochiæ infra decem dies à die querelæ ſequuta pace, & concordia inter eos, proceſſus abolitio concedatur.

Quòd volumus obſeruari, etiam in inſultu manuum iniectione, & percuſſione, ſiue ſanguinis effuſione, modo id fiat ſine armis.

Item volumus, quòd licitum ſit increpare, iniuriari verbis, & verberare domeſticos, ſub eius gubernio exiſtentes filiosfamilias, diſcipulos, & ſimiles, modo id fiat citra mortem: aut membri debilitationem, & præſumatur factum ad correctionem.

De Iniurijs corporalibus, & vulneribus, ſeù percuſſionibus cum armis, vel ſinè Armis.

SI quis aliquem verberauerit, vel percuſſerit, tam in Ciuitate, quã extra, in territorio, manibus tamen, ſiue armis molitis, & ſanguinis effuſione in capite, vſque ad collum, & liuor non appareat: ſi rixantes fuerint humilioris gradus, vt agricultores, & artiſtæ, litis inceptor, Auguſtale vnum pro pœna ſoluat: ſi mercator fuerit, & æqualis conditionis incœptor duplum: ſi litterati, aut Nobiles æqualis conditionis, Auctor ipſe vltra pœnam prædictam exilio per biennium puniatur, & alijs etiam pœnis, in ſupradictis omnibus caſibus abitrio Domini Gubernatoris, conſiderata qualitate perſonarum, loci ac rei, cum qua fit offenſio.

Quòd ſi ſanguinis effuſio, aut liuor interuenerit: tunc in quolibet caſu, pęna prædicta duplicetur: Et ſi cicatrix perpetuò remanſura, vel mẽbri debilitatio, in pęnam centum ſcutorum, & exilij per quinquennium à Ciuitate, & Territorio; & ſi delinquens fuerit vilis conditionis, torqueatur tribus ictibus funis vltra pœnam exilij, vt ſupra.

Si adfuerit inciſio membri, vel maxima debilitatio: ita quòd membrum perpetuò reddatur inutile, condemnetur ad triremes per triennium, & ſemper teneatur parti ad intereſſe.

Item ſi percuſſiò, vel vulnus illatum à collo infra, & ſine armis in quolibet caſu medietate pœnæ ſupradictæ puniatur.

Item ſi quis aliquem cęperit per capillos, vel ad terram proſtauerit;

rit; pœna duorum Ducatorum puniatur, habita tamen diſtinctione perſonarum, vt ſupra.

Et idem dicimus, ſi quis cum pede, vel calce iniurioſè aliquem percuſſerit: quæ pœna poſſit duplicari pro qualitate perſonarum, vt ſupra.

Quòd ſi vulnus, & percuſſio fuerit cum armis, vltra pœnam delationis armorum, quando in Ciuitate pœna in omnibus ſupradictis caſibus appoſita, duplicetur.

Et in omnibus caſibus, ſemper delinquens condemnetur offenſo ad reficiendum ſibi damna, & intereſſe: & ante refectionem dictorum damnorum, querela, aut inquiſitio caſſari non poſſit:& ſi fuerit carceratus parte quo ad hoc non concordata non poſſit excarcerari.

Et quando quis venit plectendus pœna exilij, vt ſupra, dicta pœna non poſſit remitti per Rectorem, neq; moderari, niſi pax ab offenſo obtenta ſit, vel offenſa fuerit facta ad defenſionem, vel ex aliqua alia iuſtiſſima cauſa; quibus caſibus poſſit, & minui, & tolli arbitrio Iudicis.

A prædictis infans, & infantiæ proximus, ſcilicet vſque ad duodecim annos propter ætatis imbecillitatem, excuſetur; niſi ſit doli capax, & malitia ſuppleat ætatem, tunc arbitrio Iudicis corrigatur.

Maiores verò duodecim, vſque ad quatuordecim, pro medietate tantùm dictarum pœnarum pecuniariarum, in alijs verò vſque ad xx. annos, quoad pœnam pecuniariam, ſeruetur idem quòd in maioribus: in pœnis autem corporis afflictiuis mitius puniantur.

A viginti annis verò ſupra in omnibus delictis, pro maioribus habeantur, & minor quatuordecim, pœnam pecuniariam ſoluere nequiens, ferula in caſtro percutiatur, & vt vulgo dicitur, che ſe li faccia vn cauallo di cinquanta ſtaffilate.

De offenſis factis Magnificis DD. Conſulibus.

MAgnifici Conſules vti patriæ parentes debent præ cæteris omnibus honorari; & ideo ſi quis repertus fuerit tam audax, qui aliquem prædictorum verbo aliquo inhoneſto iniuriatus fuerit; pœna quinquaginta Ducatorum mulctetur: & ſi quis ab eis prouocatus fuerit, liceat eis ſolummodo dicere, non è vero, quando aliquo verbo iniu-

bo iniurioſò quis afficeretur: puta Tu ſei vn triſtò, & ſimilia, quòd pro defenſione honoris admittitur.

Si verò offenſa, & iniuria illata alicui conſolum fuerit corporalis; tunc pœna abſciſſionis manus offendens plectatur; quæ pœna Nobilibus perſonis commutetur in pœnam Ducentorum ſcutorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & exilij per decennium à Ciuitate, & eius territorio; ſub eadem pœna in caſu contrauentionis duplicationis exilij, & offenſio, ſemper præſumatur facta ratione Officij: præterquam ſi oſtenderetur facta ad neceſſariam defenſionem propriæ perſonæ, quò caſu offendens excuſetur, quæ pœnæ ſupradictæ, vel aliæ ſimiles, per banna alterari nequeant.

De Patricidijs.

ITem ſtatuimus, quòd nemo audeat inijcere manus impias in parentes: quòd ſi contrafactum fuerit, ſiquidem armis, vel baculo: abſque tamen animo occidendi, & dummòdo mors non ſuccedat, Reus per triennium ad triremes mittatur, qui ſi fuerit non vilis conditionis, in exilium per triennium mittatur: ſi verò venenum eis parauerit, vel archibuſijs, & alijs armis ipſos vulnerauerint, itaut animus deliberatus occidendi appareat, puniatur pœna mortis naturalis, etiam ſi mors non ſucceſſerit.

Item ſtatuimus, quòd Iudices teneantur carcerare filios arbitrio parentum, & in eiſdem carceribus tenere, prout ipſis videbitur.

Item ſtatuimus, quòd filij, etiam teneantur alere parentes inopes, etiam quòd filij ſint pauperes, & mercede operum viuant, aut filios habeant.

De Homicidijs.

STatuitur & ordinatur homicidium doloſum, pœna Legali, & alijs pœnis contentis in conſtitutionibus Summorũ Pontificum, præterquam in confiſcatione bonorum, in quibus ſeruetur Priuilegium conceſſum per S. D. N. Ciuitati, & eius hominibus, puniri debere; nec fieri poſſit compoſitio, aut tranſactio, niſi à proximioribus occiſi remiſſio, & pax habita in actis reducatur in ſcriptis: cæteri autem Agnati, & congnati non admittantur.

Excipitur

Excipitur temen à dicta pœna, ſi furore inſaniæ, vel infantiæ commiſſum ſit homicidium, tunc nullatenus committens teneatur: ſed ſi caſualiter, vel ad defenſam, licet non neceſſariam, pro modo culpę teneantur, aut pecuniaria pœna, aut exilio, & ſi ad neceſſariam defenſionem commiſſum probaretur, abſoluatur.

Homicidia inſuper, ſi non compareat, vel capi non poſſit in territorio, vt ſupra, banniatur: & ſi fuerit contumax, condemnetur ſeruatis ſeruandis, vt ſupra ad mortem. In reliquis quò ad confiſcationem bonorum, ſeruetur Breue, ſeu Priuilegium Sanctiſſimi deſuper concedendum.

Si plures in homicidio appenſati interuenerint, omnes teneantur de occiſo, & principalis omnino puniatur pœna mortis naturalis, cæteris autem poſſit pœna commutari in pœnam Triremium: ſi autem Homicidium fuerit commiſſum in rixa; auctor rixæ, ſi vulnerauerit, teneatur de homicidio, & ſi quis alius conſtiterit illum interfeciſſe; cæteri autem puniatur pro modo culpæ pœna pecuniaria, & exilij: & vbi auctor rixæ non vulnerauerit, & de interfectore conſtet, licet non de occiſo, teneatur poſt interfectorem, tamen prę cæteris acrius puniatur: ſi autem non conſtet quis vulnerauerit, vel occiderit, & plures admenauerint, tunc ne delictum remaneat impunitum, Auctor de occiſo teneatur, Cæteri verò pro modo culpæ, vt ſupra arbitrariè puniantur.

Item ſtatuimus, quòd ſi quis adeo efferatis moribus fuerit, quòd audeat exonerare contra aliquem archibuſium, Scorpionem, Sagittarium, etiam quòd illum nullò modo offenderet, puniatur pœna arbitraria, quæ extendi poſſit vſque ad vltimum ſupplicium, habita conſideratione loci, temporis, & perſonarum; & quoad ſagittam, dummodo ſit cum aſpide ferreo.

De Adulterijs, Leonibus, & Stupro.

OMnes vtriuſque ſexus ſtudeant honeſtè viuere, & nemini pudicitiam attentare: ſi quis autem virginem, viduam, aut coniugatam honeſtę conditionis appellare præſumpſerit verbis, aut blanditijs tentare ad ſtupra, vel adulteria committenda; ſi principalis, pro prima vice pœna Vnciarum duarum mulctetur: ſi verò mediator, aut Leno, pœna duplicetur: at ſi bis, terue tentauerint, cum pœnam prę-

dictam ſpernere videantur, principalis exilio puniatur, Leno, vel Lena, aut mediator fuſtigetur.

Quòd ſi tentata nolens conſentire, tentantes prædictos verberauerit, vel percuſſerit, vſque ad membri debilitationem perpetuam excluſiuè, ad nihilum teneatur: ſi verò vltra proceſſerit, etiam ad mortem pro modo culpę puniatur tanquam delictum culpoſum, & iuſto dolore commiſſum eſſet, habeatur.

Sed ſi mulier conſenſerit, & ſtuprum, vel adulterium commiſſum fuiſſet, vterque pœna iuris puniatur: mediator verò, vel mediatrix fuſtigetur, & bulletur in faciem, & in exilium mittatur.

Item ſi quis filiam, ſororem, vel quamlibet, & ſub eius gubernio, protectione, aut tutela exiſtentem alteri in concubinam tradiderit, aut ei ad malè agendum conſenſerit, & ſi neceſſitate famis, aut quomodocunque ſtuprandam dederit, omni caſu truncatione naſi puniatur, nec per Officiales pœna remitti poſſit.

In crimine Adulterij, aut ſtupri in viduam, vel virginem procedi non poſſit, niſi ad querelam, in qua maritus primo, poſtea pater, filius, frater, & cæteri ſucceſſiuè, vſque ad quartum gradum, gradatim in alterius defectum admittatur ad accuſandum: ſi verò in vtroque caſu interueniat vis, poſſit etiam ex officio procedi, & quilibet de populo admittantur ad accuſandum.

Et mulier de adulterio per maritum accuſata, & conuicta dotem perdat, & marito applicetur, etiam ſi ciuiliter ad eam agat.

Item, quòd ex retentione virginis, ſeu coniugatæ contra voluntatem mariti, & ſuorum, de adulterio, aut ſtupro puniatur: Si tamen talis dictā mulierem detinens in domo, habeat conſanguineas, vel honeſtę conditionis, & famæ, non ex ea ſola præſumptione condemnetur, ſed omnia rectè intueantur.

Rapientes autem virginem, viduam, nuptam, aut aliam quamlibet honeſtam mulierem, & de loco ad locum traducen. aut per vim cognoſcen. pœna mortis naturalis puniantur: Et quoad Matrimonium contrahendum inter rapientem & raptam, ſeruetur diſpoſitio ſacri Concilij Tridentini.

Si verò talis mulier rapta, vel violenter cognita, ſit mulier malæ famæ, & inhoneſta, pœnam vigintiquinque Ducatorum ſoluat, & per

triennium

triennium exulet: ſi verò meretrix publicè conſtituta, decem Ducatorum.

Si quis autem de nocte ingreſſus fuerit per vim, aut clandeſtinè domum alicuius honeſtæ contra eius voluntatem, cauſa eam carnaliter cognoſcendi: ſiquidem actum perfecerit, pœna mortis naturalis puniatur, ſin minus tranſmittatur ad triremes per triennium: ſi verò mulier fuerit inhoneſta, & tamen ingreſſum non conſenſerit, puniatur pœna quatuor Vnciarum: & ſi per vim fuiſſet cognita, puniatur tribus ictibus funis publicè, & per triennium exulet.

De Furtis.

STatuimus & ordinamus, quòd quando quis ingreſſus fuerit de nocte armata manu domum, vel paleare alicuius ad furandum; tunc pro prima vice fuſtigetur: pro ſecunda ad triremes per trienniũ: pro tertia ad eius vitam: pro quarta ſuſpendatur.

Excipimus à prædictis eos, qui neceſſitate famis coacti res comeſtibiles furati eſſent, & aliàs non ſit vilis conditionis & famæ; tunc arbitrio Iudicis puniatur, dummodo pœna ſex Ducatos non excedat.

Alij autem fures, pro primo furto excedente ſummam vnius Ducati, fuſtigentur: pro ſecundo mittantur ad triremes per quinquennium: pro tertio ad triremes ad eius vitam.

In furtis autem comeſtibilium fructuum, palorum, lignorum, cannarum, & ſimilium, adeatur Iudex damnorum datorum.

Pro cupis Auium, Gallinis, Agnis, AEdis, Anſeribus, & ſimilibus, puniantur per Iudicem damnorum datorum, iuxta qualitatem perſonarum, modum, & qualitatem furti.

Latrones verò, & ſtratarum derobatores, pro primo furto in ſtrata publica, ad triremes mittantur: pro ſecundo verò ſuſpendantur; & ſemper emendetur damnum paſſum.

De Vſuris.

ET quoniam frequenter mercatores & alij ſolent pacta illicita facere, qui plerumq; vendunt rem ſub credito maiori precio quã valet, demum eandem recipiunt, etiam per interpoſitas perſonas, & forſan ſtatim pro multo minori precio, quàm dederint: & plerique

etiam faciunt in emptionibus bobum, & ſimilium peſſimos, & vſurarios contractus, & (vt vulgo dicitur) fanno li boui ſcornati, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nemini liceat vendere, ſub credito rem aliquam maiori precio quàm valet, ſi venderetur, & incontinenti reciperetur precium, nec fiant vt ſupra, dicti contractus fœneratitij ſuper animalibus, & alijs rebus, ſub pœnis contentis in conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri PP Sixti V. contra vſurarios promulgata, quæ in libro ſuarum conſtitutionũ, eſt ſub numero 47. quæ omnino ſeruari debeat.

Et quoniam huiuſmodi conractus, & pacta fœneratitia, vt plurimum ſecreto fiunt, vel aliquibus figmentis, & fucis cooperiuntur; ad huiuſmodi detegenda, ſtatuimus, & ordinamus, quòd quilibet ad accuſandum admittatur, & lucretur tertiam partem vt ſupra & illimet cum quibus fuerit celebratus aliquis contractus, poſſint illum probare, & ſint idonei teſtes, modò renuncient prius omni eorum intereſſe, & ſi tres fuerint, quorum vnuſquiſque deponat, de vſura ſecum facta, licet ſint ſingulares, plenè probent contra vſurarium, dummodo ſint fidedigni, & non leues preſonæ.

Filjsfamilias, non mutuetur, nec vendatur bona aliqua ſub credito.

QVoniam ſæpè accidit, quòd filijſfamilias luxurioſè viuentes, ſeu aliàs bona dilapidantes, modò ſub mutuo pecunias, modò ſub credito bona aliqua, vel merces emut, deinde pro habendis pecunijs, ea multo minori precio vendunt, ſtatuimus & ordinamus, quòd in poſterum nemo audeat mutuare pecunias aliquas filijs familias, vel vendere bona aliqua ſub credito vltra valorem vnius Ducati, ſub peœna amiſſionis crediti, & contractus huiuſmodi præſumatur vſurarius, & talis vendens, vel mutuans filiofamilias contra formam huiuſmodi Statuti, incidat in pœmam, vt ſupra contentam in titulo de vſuris.

De Receptatoribus furum, & aliorum deliquentium.

STatuimus & ordinamus, quòd Receptatores furum, & latronum ſcienter, & doloſè eos occultantes, vel aliàs auxilium præſtantes, ac cum

ac cum eis ambulantes, ſeu eis ſpiam facientes, ſiquidem ad participandum eadem pœna, qua ipſi fures, & latrones puniantur: ſi verò Receptatores ſint conſanguinei, vel affines, & non ad alium malum finem eos receptauerint, pœna minoretur.

Qui verò rem furtiuam ſcienter emerit, vel abſcondiderit, vel apud ſe tenuerit, & ſciens dominum, eam domino non denunciauerit; rem amittat, & arbitrariè puniatur vti furto auxilium præſtans; ſi verò ingnoranter bona fide publicè, & à perſona non ſuſpecta coram tribus teſtibus, vt aliàs ſtatutum eſt, rem aliquam furto ſubtractam emerit; dominus volens eam recuperare non audiatur, niſi reſtituto precio, & actionem contra furem habeat.

Receptatores verò aliorum bannitorum pro homicidio, aut alia de cauſa capitali puniantur pœnis contentis in Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti V. edita contra bannitos, homicidas, latrones, eorumq; complices, & receptatores, quæ eſt in libro ſuarum Conſtitutiomum, ſub numero 6. quæ ſeruetur in omnibus & per omnia.

De Falſis.

TEſtes falſi, in cauſa aliqua ciuili, vel criminali ad defenſam tantum rei fuſtigetur per Ciuitatem, & ſi ſit Nobilis, vel non vilis conditionis, puniatur pœna x. Vnciarum, & in exilium mittatur per trienium: ſi verò in cauſu criminali ad offenſam rei falſum depoſuerit, puniatur eadem pœna, qua puniretur ille, qui imputatur de delicto, ſi illud comiſiſſet; modò tamen non ſit minor viginti, & maior quatuordecim, & tunc pœna remittatur arbitrio Iudicis: & ſi quis vltra primam vicem in iudicio depoſuerit falſum, ſi ad offenſam, furcis laqueo ſuſpendatur; ſi ad defenſam, vel in cauſa ciuili mittatur in exilium. Et hoc quando falſitas conſiſtit in facto principali, & talis teſtis ſemper torqueri poteſt ad ſciendum eius ſubornatores quando depoſuit de cauſa ad ſe non ſpectante.

Teſtis autem dicitur falſus, vel quando confitetur ſe falſum dixiſſe, vel quando per alios ſaltim tres teſtes de falſo conuincitur.

Subornãtes autem teſtes falſos eadem pœna, quà ipſi teſtes puniantur, & idem dicimus de eo, qui falſum Inſtrumentum fabricari fecerit, vel eo ſcienter vſus fuerit.

Nota

Notarij verò, qui falſam aliquam Scripturam, acta, vel Inſtrumenta fecerint, ſubtraxerint, corruperint, vel aliàs falſificauerint, pro prima vice pœna triremium per triennium puniantur: Pro ſecunda verò furca ſuſpendantur, & in quolibet caſu cadat à cauſa ipſo facto.

Item Mercatores, & Aromatarij, Marciarij, & alij quicunque ſimiles, ſi pannum pro panno, aliud pro alio vendiderint, Mercator pannorum, mercium & Aromatarius puniatur vice qualibet, pœna xxv. Ducatorum: alij verò pœna vnius Vnciæ.

Si quis claues Ciuitatis falſificauerit, vel falſificari fecerit, pœna capitis puniantur: ſi verò particularium perſonarum, vel domorum, & nullum furtum ſequutum fuerit: ſi animo furandi, fuſtigetur: ſi verò furtum aliquod ſequutum fuerit, licet paruum, mittatur ad triremes per quinquennium: ſi verò furtum ſequutum fuerit aliquod magnum, furcis laqueo ſuſpendatur; & mangnum intelligatur, ſi vltra quinque Vncias lucratus fuerit.

Si verò dictas claues falſificari fecerit animo aliquem occidendi; capite, & morte naturalis puniantur: ſi verò libidinis cauſa, ad triremes mittatur.

Et nullus Artifex poſſit claues exemplare, aut de nouo facere, niſi videant maſcaturas, ſeu clauſuras, ſub pœna falſi.

De Incendiarijs.

INcendiarij domorum in Ciuitate, & ſuburbijs exiſtentium, vel foris; ſi cauſa aliquem interficiendi, pœna vltimi ſupplicij afficiatur: & idem ſi dicta de cauſa incendatur tugurium alicuius, licèt extra Ciuitatem exiſtens, & non hominem interficiendi cauſa, ſed damnum inferendi; tunc exilio, & tribus ictibus funis puniatur, Tunc autem animo interficiendi factum videatur, quando data opera comburit locum, in quo gentes inhabitant, & tempore, quo veriſimiliter perſona illa eſſet in illa domo, & ſemper damnum emendetur: aliàs mittatur ad triremes.

De pœna Turbantibus aliquem in Poſſeſſione.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, vt euitentur ſcandala, quòd nullus audeat aliquem exiſtentem, vel miſſum in poſſeſſionem alicu-

ius

ius rei iudiciaria auctoritate, de facto ſpoliare, vel turbare in dicta eius poſſeſſione: & contrafaciens mulctetur pœna decem Vnciarum, & amittat omnia iura ſua, ſi qua haberet in dictis bonis: & ſi turbatio, vel ſpoliatio fieret adhibitis armis, vel cum iniuria, poſſit talis turbans, etiam corporaliter puniri arbitrio D. Iudicis. Et nihilominus ſeruetur Conſtitutio Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Quinti, per quam interdicitur quibuſcunque perſonis ad arma conuocare, ſeu armatorum manus, cœtus, conuentus, caualcatas, ſeu adunatas facere, edita, & publicata, Anno Domini, M. D. LXXXVIII. Indictione prima, die Veneris x j. Menſis Martij.

De proprios filios exponentibus, ac alienos ſupponentibus, & abortum procurantibus.

SI quis vtriuſque ſexus filios legitimos, aut naturales, vel naturales tantum Hoſpitali Annunciatæ, vel alio quocunque loco expoſuerit, vel exponi procurauerit, conſenſerit, aut dereliquerit, & mors propterea ſequatur; pęna legali puniatur vt homicidia: ſi vero mors non ſucceſſerit, & talis exponens ſit vilis conditionis, fuſtigetur: ſi verò melioris conditionis, Vncias quatuor Curiæ ſoluat, ſemperque patriam poteſtatem amittat, & ius omnes ceſſionis, ac illi loco applicetur, & loco patris habeatur, quod non intelligatur procedere in miſerabilibus perſonis, modo non dederint cauſam morti expoſiti.

Licitum erit matri filium ad domum patris mittere, & ſine pœna, dummodo pater alimenta proprio filio, & matri denegauerit: aliàs ipſi matri omnia imputentur.

Item mater procurans doloſè abortum ſibi fieri per medicamina, tam ipſa, quàm conſulens, & operam præſtans, pœna Legali ſubijciatur, ſi animatum erat corpus: at ſi animatum adhuc non erat, & ſint viles perſonæ, fuſtigentur, aut Vncias duas pro pœna ſoluant: ſi verò melioris conditionis ſoluat Vncias quinque, vel ſtet in Monaſterio ad pœnitentiam peragendam, arbitrio Iudicis.

Item ſi qua mulier alienum partum cum conſenſu matris ſibi ſuppoſuerit, vel ſupponi effectualiter procurauerit, & in proprium filium

tenuerit cauſa frudandi maritum, & ſucceſſores perpetua infamia notetur, & per quinquennium banniatur à Ciuitate, & Territorio.

De pœna aliquem teſtari prohibentis, & libera teſtatoris voluntate exquirenda, & teſtamentorum validitate.

SI quis aliquem infirmum teſtari, aut aliàs quomodolibet in vltimis voluntatibus diſponere prohibuerit expreſsè, vel tacitè prohibendo, aut non permittendo accerſiri Notarium, & teſtes; eoſque vocatos ingredi, vel minando, ita quòd in effectu liberè diſponere non poſſit, & ab eis auferatur hæreditas tanquam ab indignis, & applicetur, quibus de iure, & pro modo culpæ arbitrariè puniantur, pater tamen, mater, maritus, & alij conſanguinei, vſque ad tertium gradum, poſſint rogare Teſtatorem, ac blandis verbi diſponere eius voluntatem ad aliquid eis relinquendum abſque pœna.

Ad tollendum fraudes, quæ vt plurimum in confectione Teſtamentorum infirmi committuntur, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Teſtator non nutu ad interrogationem alterius, ſed ore proprio debeat facere hæredis inſtitutionē, & legata: aliàs diſpoſitio non valet, niſi venien. ab inteſtato, inſtituantur hæredes, vel aliquid ad pias cauſas relinqueretur, nec Notarius poſſit ſcribere aliquid aliud, quàm quod verè agitur: puta ſi teſtator ore proprio nominet hæredes, ſcribat nominationem, ſi nutu aliquo, ſcribat nutum, & modum expreſſionis, & nō aliter, ſub pœna falſi, & credatur maiori parti teſtium, ſiue Teſtamentum fiat in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, quòd nuncupatiuum dicitur.

Ante Domum luctuoſam non cantandum, neque citotionem faciendam.

SEquuta morte Teſtatoris, aut alterius cuiuſcunque litterati Nobilis, Clerici, mercatoris, aut Ciuis honoratæ familiæ, nemo de die, nec de nocte ſciens per tres dies, & donec tempus luctus durauerit ante eius domum, vel in vicinia, ſeu ruga cantare, nec Inſtru-

mentum aliquod pulſare, & tripudiare præſumat in ſtrata publica: aliàs contrafaciens vice qualibet (inſtante parte) pœna vnius Ducati puniatur.

Inſuper donec dictum tempus luctus durauerit, nullus ex familia, vel parentela mortui cuiuſcunque in luctu, & mœſtitia, ſint in eorum domibus recluſi, poſſit, ac debeat citari realiter, vel perſonaliter, non obſtante quocunque Inſtrumento producto, & pœna accuſata, nec etiam pro cauſa criminali, dummodo pœna vltimi ſupplicij, triremium, aut membri mutilationis non eſſet puniendus.

De Pœna incidentis Arbores.

SI quis inciderit arborem alicuius paupertate ductus pro habendis lignis, puniatur officio damnorum datorum: ſi autem ob inimicitiam ad contemptum, vel iniuriam alterius, niſi fuerint vites, vel aliæ arbores fructiferæ vſque ad numerum ſeptem, tribus ictibus funis publicè puniatur; à ſeptem verò ſupra ad quatuordecim, puniatur pœna Triremium per quatuor annos; ab inde verò ſupra, per decennium: ſi verò fuerint vites, vel aliæ arbores fructiferæ, pęna duplicetur.

De Priuatis Carceribus.

NEmini liceat quempiam in priuato Carcere mancipare: ideo ſi quis aliquem ligatum clauſum, vel quouiſmodo mancipatum, & ſua libertate priuatum per vigintiquatuor horas tenuerit, pœna Vnciarum quinque mulctetur, & trium ictuum funis, vel exilio arbitrio Iudicis: Si autem talis detentus fuerit melioris conditionis, tunc pœnis legitimis de priuato carcere afficiatur; ſed ſi vltra detentionem aliquo martyrio, aut corporali damno, & iniuria affectus fuerit, tunc pro qualitate delicti, & perſonarum, puniatur etiam vſque ad mortem incluſiuè.

Poſſit enim quis debitorem ſuum ſuſpectum, & fugitiuum propria auctoritate capere, & detinere, donec D. Iudici nuncietur, qui poſſit mandari ipſum carcerari.

Item patri, tutori, vittrico, liceat filium, nepotem pupillum, priuignum vinctos tenere, ac verberare, & corrigere: adhibito tamen ſemper moderamine inculpatæ tutelæ.

Et Iudex ad prædictorum inſtãtiam debeat prædictos iuniores carcerare, & carceratos tenere ad correctionem.

Item famulos fugientes, & aliqua bona aſportantes, liceat capere, & ad Curiam ducere.

Item Iudex carcerans aliquem doloſè ſine iuſta cauſa, iure communi plectatur.

De Augmento, & diminutione pœnarum.

ACcuſatus, vel inquiſitus comparens, ſi ſpontè confiteatur delictum, minuatur ſibi quarta pars pœnę: & ſi pacem habuerit ab offenſo, diminuatur ei alia quarta pars pœnæ, dummodo ante litis conteſtationem: & ſoluens ſpontè infra decem dies a die primæ citationis, adhuc alia quarta ſibi remittatur, quæ quartæ habeant locum ſolummodo in ſpontè confitentibus, & in termino primæ, vel ſecundę citationis, duplicentur tamen pœnæ quando delictum committeretur de nocte, vel de die in platea, vel in palatio.

De Abolitionibus pœnarum.

COnſanguineus vſque ad tertium gradum incluſiuè, vel vicinus coniunctus, per ſex domos circumcirca, accuſans conſanguineum, vel talem vicinum de verbis iniurioſis, aut percuſſionibus ſine ſanguinis effuſſione, vel furto non excedente ſummam vnius Cianfroni; ſi querela remittatur infra decem dies, fiat abolitio proceſſus, & vlterius non procedatur, niſi ob qualitatem offenſionis, & perſonarum ſecus Iudici videbitur.

De Compoſitionibus.

STatuitur, & ordinatur, quòd Rector, ſeu eius Vicerector non debeat admittere reum ad compoſitionem, ſeu tranſactionem delictorum, niſi prius habita pace ab offenſo, vel eius hæredibus: & hoc in delictis, in quibus venit imponenda pęna corporis afflictiua: in alijs autem Iudex poſſit componere, facta prius aliquali diligentia pro concordia partium.

Ciues Diſcordes, ad pacem cogantur.

STatuimus, & ordinamus, quòd Magnifici DD. Conſules, debeant deducere ad notitiam Rectoris diſcordias Ciuium; & tunc Re-

ctor vnà cum eis debeat conari dictos inducere ad concordiam.

Item, quòd poſſit præcipere partibus, donec præſtent fideiuſſiones ſub certa pœna, ne ſe ad inuicem offendant, & contrafaciens abſque vlla remiſſione pœna impoſita puniatur: cuius pœna ſicut etiam pœnarum impoſitarum in fideiuſſionibus de non offendendo, niſi ſecuta pace inter dictos diſcordes, remiſſio non fiat.

Quid ſeruandum, deficientibus Statutis.

ITem volumus, quòd in caſibus à Statuto omiſſis, ſeruetur ius cōmune, & in omnibus caſibus, tam Statutorum, quàm aliorum, procedatur de ſimilibus ad ſimilia, habito reſpectu primò ad Statuta.

Item, quòd Statuta non poſſint alterari per banna: aliàs ſint nulla dicta banna, & appellatione non egeant.

De Sindicatu Officialium.

STatuimus, & ordinamus, quòd Officiales Curiæ temporalis quicunque à ſupremo vſque ad minimum, ſiue à Sede Apoſtolica deputati, ſiue per Conſilium, & Communitatem electi fuerint, etiam Magnifici Conſules finito eorum Officio, debeant ſindicari per duos de Conſilio eligendos, cum ſucceſſore, & rationem reddāt, quorumcunque per eos adminiſtratorum, ſtare ad ſindicatum in hac Ciuitate per duodecim dies, & reddere rationem adminiſtrationis ſuæ: quorum duodecim dierum ſex currant immediatè poſt proclamata, ad porrigendum querelas: alij verò ſex ad eas finiendum, ſi finiri poterint; & non diſcedere, niſi abſoluti, vel condemnati fuerint, & de licentia Sindicatorum in ſcriptis obtenta.

Et cum hæc Ciuitas valdè diſtet ab Vrbe, ſtatuimus, vt Officialis condemnatus in ciuili, vel criminali, ad pœnam, ſeu condemnationem pecuniarum, nō audiatur appellans, niſi prius facto reali depoſito, aut pręſtita idonea cautione in forma depoſiti arbitrio Sindicatorū, ſecundum qualitatem condemnationis cauſarum, & qualitatem perſonarū.

De Officio Commentarienſis, ſeu Caſtellani.

CAſtellanus, qui curam Carceratorum habet, tenere debeat ſocios, ſeu famulos fideles, & ad numerum, quòd ſufficiant pro

ſubſtinendo dicto onere, nec vnquam dimittant Caſtrum ſolum, & benè tractent Carceratos, die ac nocte eos viſitando, & eorum neceſſitatibus prouidendo: adeo quòd, ſi quis ipſorum in carceribus perierit, ipſæ pro modo culpæ puniatur, arbitrio Præſidis.

Item teneatur procurare, quòd eis non deſit cibus, neque potus: & ſi ab aliquo eſculenta, vel poculenta carceratis portentur, debeat eis illa dare, abſque aliqua diminutione: & contrafaciens, pro prima vice licet in re minima, puniatur pœna vnius Vnciæ: Pro ſecunda, torqueatur publicè tribus ictibus funis: Pro tertia, mittatur ad Triremes.

Habeat autem ſalarium conſuetum pro eius mercede, prout in taxa continetur.

Item Carceratis verè pauperibus pro criminalibus, Curia prouideat; ciuilibus verò creditores: qui ſi poſtquam fuerint requiſiti, pro alimentis, ſuis debitoribus per duos dies continuos ceſſauerint victum dare, poſſint per Iudices liberari abſque aliqua citatione.

De Muliere non carceranda.

ITem ſtatuitur, quòd Mulieres non carcerentur in Caſtro, niſi pro cauſa vltimi ſupplicij cuiuſcunque ſit conditionis, & dummodo non ſit meretrix publica, debeat cum alijs mulieribus cuſtodiri. Pro alijs verò delictis non vltimi ſupplicij, ſed alia pœna corporali venirent punienda, carcerentur in Hoſpitali Annunciatæ, ſi ſint vilis conditionis: aliàs relaxentur in domibus proprijs cum fideiuſſoribus.

Item ſtatuimus, quòd mulieres cuiuſcunque conditionis exiſtant, dummodo non ſint meretrices publicæ, ſi in teſtes inducerentur, tam in ciuili, quàm in criminali, tam ad inſtantiam partium, quàm Domini Fiſci Procuratoris, & Curiæ, non poſſint, nec debeant inuitæ ad iuditium trahi pro teſtimonio ferendo: ſed in earum domibus examinentur per Officiales, ſeu deputandos ab eis: aliàs Officialis contrafaciens, ſeu eius miniſtri exequende vi teneantur, & earum depoſitio ſit nulla, ac ſi metu, & per vim, quæ caderet in conſtantem mulierem extracta eſſet: & ita iuris, & de iure præſumatur.

Excipimus tamen mulieres quadragenarias, & vilis conditionis, quæ in cauſis grauibus criminalibus, poſſint vocari in iudicio, arbitrio Iudicis.

TAXA

TAXA QVORVMCVMQVE OFFICIALIVM

Ciuitatis Beneuenti Aduocatorum, & Procuratorum.

Taxa Domini Rectoris.

PRo examine Teſtium, in criminalibus capitalibus, & ad defenſam tantum, & ſuper facto principali, Carlenum vnum pro quolibet teſte, ſin autem examen fuerit ſolum ad probandum bonam famam, vel alia generalia, aut non in criminalibus capitalibus, pro qualibet teſte Grana quinque.

Pro viatico autem & viſura loci differentiæ infra Ciuitatem & Pontes, Carlenos quinque, ſi extra Pontes, Ducatum vnum.

Pro Decreto interloquutorio, in capitalibus Carlenum vnum: in alijs verò non capitalibus, Grana quinque.

Pro Decreto relaxationis Carcerati cũ fideiuſſione, vel non, quando eſt cognitum, & cauſa eſt capitalis, Tarenum vnum.

In alijs verò vbi non eſt cognitum, vel ſi eſt cognitum in non Capitalibus, Carlenum vnum.

Pro Sportulis ſententiæ abſolutionis, in capitalibus vbi veniſſet imponenda pœna vltimi ſupplicij; & defenſiones factæ fuerint, Ducatum vnum.

In alijs verò corporis afflictiuis citra mortem naturalem, Carlenos quinque.

In pecuniarijs quando pœna excedit Ducatos xx. Carlenos duos.

Pro

Pro ſigillo vbicunque opus eſt, Carlenum vnum.

Pro ſubſcriptione mandati, in cauſis criminalibus ad inſtantiam partis tantum, etiam ſi plures in mandato contineantur, ſoluatur Carlenus vnus.

In cauſis autē ciuilibus, rector recipiat vt infra in Taxa D. Vicarij.

Taxa Mercedum D. Vicarij.

PRO qualibet ſubſcriptione mandati in ſcriptis, etiam ſi contra plures, & ad inſtantiam plurium, Grana quinque.

Pro examine teſtium vbi ipſe non examinauerit, ſed eius Notarij, Grana duo.

Si verò per ſe ipſum examinauerit, Grana quinque.

Pro Decreto interlocutorio ſuper publicatione proceſſus, & commiſſione examinis extra Ciuitatem.

Super termino dato ad probandum, & ſuper concluſione in cauſa, Grana quinque.

Pro quolibet decreto ſupradictorum, etiam ſi decretum contineret plura capita, ex eius, Grana quinque.

Pro cęteris autē decretis interlocutorijs, Iudex nihil accipere poſſit.

Pro decreto ad cauſam compromittendam, Tarenum vnum.

Pro datione Tutoris, vel curatoris, Tarenum vnum.

Pro litteris exequutorialibus, Grana quinque.

Pro decreto authenticationis ſcripturæ, Carlenum vnum.

Pro decreto in Inſtrumento minorum, in alienationibus & obligationibus à quindecim Ducatis infra, Grana quinque, abinde ſupra, Carlenum vnum.

Pro ſententijs diffinitiuis à decem Ducatis infra, Carlenum vnum: à decem vſque ad quinquaginta, Carlenos duos.

Abinde verò ſupra quantacunque ſit ſumma, Carlenos quinque.

Pro ſubſcriptione Apoſtolorum, Grana quinque.

Pro decreto exequutionis Inſtrumentorum, Carlenum vnum.

Pro acceſſu ad locum differentiæ intra Ciuitatem & Pontes, Tarenum vnum: extra pontes; Carlenos quinque.

Pro acceſſu, præſentia, & decreto in inuentarijs facien. Tarenum vnum.

Pro

Pro litteris iuſtitiæ cum ſigillo pro decreto carcerationis ſuſpecti de fuga, Carlenum vnum.

Pro decreto autem relaxationis quorumcunque carceratorum nihil penitus accipiatur.

Item ſtatuitur, quod vltra dictam taxam accipien. etiam à ſpontè dante, etiam ſub quouis queſito colore, præſumatur barattaria, extorſio, & concuſſio; & puniri poſſit criminaliter, & ad reſtitutionem receptorum in quadruplum.

Taxa mercedis Actuariorum Curiæ ciuilis.

PRo accomodatione proceſſus cuiuſcunque, Carlenum vnum, & recipiant apocham, & accommodetur Aduocato, vel Procuratori tantum.

Pro productione petitionis, vel alterius ſcripturæ, Grana tria: & ſi ipſe fecerit dictam petitionẽ cõputata productione, Grana quinque.

Pro copia petitionis, ſiue libelli, Grana tria.

Pro replica, Granum vnum.

Pro rogitu mandati, ſiue ſubſtitutionis, ſiue reuocationis Procuratoris, Grana quinque.

Pro copia dicti mandati, ſeu ſubſtitutionis cum ſigno, Grana decẽ.

Pro acceſſu Notarij extra locum audientiæ, Grana quinque vltra rogitum.

Et ſi extra Ciuitatem pro acceſſu habeat equum, & Tarenũ vnum.

Pro fideiuſſione cum obligatione principalis, etiam ſi fuerit cum indemnitate, Grana quinque.

Pro copia dictæ fideiuſſionis, & indẽnitatis cũ ſigno, Grana decem.

Pro iuramento calumniæ, & ſuſpitionis fugæ, ſiue iuramento deciſiuo, ſiue ſuppletorio, vel alio quolibet, Grana tria.

Pro liſta expenſarum facien. per actuarium, Grana quinque.

Pro copia ſcripturarum, ſiue proceſſus; etiam ad plurium inſtantiam, habeat pro qualibet carta ſcripta ex vtroque latere, Grana duo, & quælibet charta debeat cõtinere verſus viginti pro quolibet latere, & in quolibet verſu dictiones ſex, & ſit cum ſigno, & illud idem habeat, ſi pars vellet copiam alicuius ſcripturæ, etiam ſine ſigno.

Pro litis conteſtatione, Grana duo.

Pro

Pro decretis interlocutorijs, pro quibus ſoluitur merces Domino Iudici, vt ſupra in taxa, actuarius habeat Grana quinque.

Pro alijs verò interlocutorijs, etiam ſi in dicto decreto adeſſent plura capita, actuarius nihil recipiat.

Pro qualibet ſententia diffinitiua, Grana decem.

Abinde ſupra Grana ſex.

Quando committitur examen teſtium, & actuarius accedit extra ad locum audientiæ, pro acceſſu Grana quinque.

Pro litteris Iuſtitiæ, Grana quinque.

Pro mandato Grana quatuor, etiam ſi plures debitores contineat.

Pro copia eiuſdẽ ſine ſigno, Grana duo: cum ſigno Grana quinque.

Pro litteris exequutorialibus vſque ad decem Ducatos incluſiue, Grana decem.

Abinde ſupra, Tarenum vnum.

Pro decreto cauſam compromitti, Carlenum vnum.

Pro decreto authenticationis ſcripturarum Notarij defuncti, cum examine teſtium pro recognitione, Grana decem.

Pro copia Inſtrumenti authenticati cum ſigno, Tarenum vnum.

Pro litteris denunciationis auctoris laudati cum inſerto tenore citatorum, Grana decem.

Pro citatione in ſcriptis ad valuas cum inſerto tenore, Grana decem.

Pro citationibus in ſcriptis, Grana quinque.

Pro copia ſententiæ diffinitiuæ cum ſigno Notarij, Grana xv.

Pro relationibus Iuratorum nihil ſoluatur.

Pro reſponſione ſuper articulis pro parte aduerſa, Granum vnum pro quolibet.

Item, quòd non poſſit præcedere Grana quindecim, etiam ſi eſſet plures perſonæ, quòd reſponderent.

Pro appellatione viua voce, Grana quinque.

Pro copia dictæ appellationis, Grana decem.

Pro ſcriptura exequutionis in libro Mareſcalli à decem Ducatis infra, Granum vnum.

Pro perquiſitione, & inuentione Scripturæ, ſeu proceſſus poſt annum, Carlenum vnum.

Pro

Pro ſcriptura inuentarij non excedente duo folia, Carlenum vnū: abinde ſupra, Grana quindecim.

Pro copia dicti inuētarij, ſoluatur vt ſupra dictum eſt de alijs copijs.

Pro Apoſtolis, Grana quinque.

Item vbicunque fuerit lis inter forenſes hic non habitantes tam actuarius, quàm Iudex, habeat duplum, de quo dictum eſt; & hoc quoniam Actor, & Reus ſunt forenſes: ſi autem alter ipſorum eſſet Ciuis, ſeruetur Taxa ad vnguem, vt ſupra etiam pro forenſe.

Item volumus, quòd pœnæ inſtrumentales, & acta in Nundinis facta, diuidantur ęqualiter cum Iudice Nundinarum, & Actuario.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd Actuarij quicunque, ſiue ciuiles, ſiue criminales Curiæ, finito eorum Officio debeant dimittere, & relaxare omnes & ſingulas ſcripturas, quæ ad eorum manus peruenerint occaſione dicti Officij, vel in Archiuio publico, deſuper fiendo, vel in manibus ſucceſſoris in dicto Officio cum inuentario, & notula dictarum ſcripturarum.

Ita quòd nihil deſit, ſub pœna falſi.

Taxa Actuarij criminalis.

ACtuarij cauſarum criminalium, habeant illud idem pro ipſorum mercede, quòd ſupra dictum eſt in Actuarijs ciuilibus, præterquam pro examine teſtium, vbi agitur de pœna corporis afflictiua, & ad defenſam tantum, & ſuper facto principali, pro quo examine habeant duplum eius, quòd poſitum eſt ſupra in Actuarijs ciuilibus.

Duplum quoquè habeant pro rogitu ſententiæ diffinitiuæ abſolutoriæ, ſeu decreto compoſitionis, tranſactionis, vel gratioſæ, v nà cum taxatione proceſſus, in quibus omnibus, habeant duplum eius, quòd decretum eſt ſupra in Actuarijs ciuilibus, pro rogitu diffinitiuarum ſententiarum.

In alijs volumus, quod ſeruetur ad vnguē taxa Actuariorū ciuiliū.

Taxa Notariorum Ciuitatis.

PRo mercede rogitus, ac ſcripturæ in libro ordinario, à Ducatis triginta ſupra, Carlenum vnum: infra verò Grana quinque.

Pro productione, & exhibitione Inſtrumenti authentici, cum ſigno

exiſten. in dicto libro ordinario, pro relaxatione copiæ collationatæ, ad quòd tenetur tam Notarius ſi viuat, quàm eius hæres poſt mortem, habeat Carlenum vnum.

Et pro copia collationata in actis relaxata, ſoluatur Actuarijs Carlenus vnus.

Et tales copiæ ſic collationatæ credatur, & plena fides adhibeatur ſicuti proprio originali: & hæc ad euitandum authenticationes, & expenſas.

Pro copia authentica alicuius rogitus, vel Inſtrumenti publici, & authentici, Tarenum vnum.

Et vbi alij contractus, vel rogitus exceſſerit biennium pro perquiſitione, & inuentione Inſtrumenti, Carlenum, & nihil vltra.

Et prædicta habeant locum in omnibus, & ſingulis Inſtrumentis, ſeu copia ipſorum authentica in charta pergamina, præterquam in copia donationum contractus Emphytheotici, Matrimonalium, & Teſtamentorum, ſeu legatorum, in quibus tantum Carlenos quinque.

Si tamen contractus Matrimonialis, vel Teſtamentum eſſet, de hæreditate exceden. ſummam Ducatorum centum vſque ad ducentum: quo caſu habeat Notarius Ducatum vnum.

Abinde verò ſupra vſque ad quatuor centum Ducatos, Carlenos quindecim.

Abinde verò ſupra quantacunque fuerit ſumma, Ducatos duos.

Et vlterius nihil petere, aut accipere poſſint: aliàs puniantur pœna quadrupli parti, & Curiæ pro medietate.

Item, quòd Notarij poſſint cogere partes, ad quarum vtilitatem contractus ceſſerint, principaliter ad extrahendum copiam authenticam infra quatuor menſes, & petere prædictam mercedem, dũmodo Inſtrumentum interim non ſit diſtractum.

Item, quòd dicti Notarij quando interueniunt, vt Iudices in Inſtrumentis mulierum, inſimul cum Sindico habeant pro eorum ſalario Grana quinque, & alia quinque Sindicus ſoluenda ab emptore, & contrahentibus cum dictis mulieribus.

Taxa Mercedum DD. Aduocatorum, & Procuratorum.

STatuitur, & ordinatur, quòd nullus Aduocatus, nec Procurator pro patrocinio, etiam cum allegationibus iuris præſtitæ, vel præſtande, poſſit aut debeat paciſci de quota litis, nec de aliqua quantitate excedente ſummam infra taxatam pro ipſorum mercede, ſub pœna priuationis eorum exercitij, & infamiæ nota, & ſcutorum quinquaginta: quarum quartam lucretur, accuſator vbi affuerit, & nihilominus teneatur reſtituere illud plus, quòd vltra taxam accepiſſent.

Salarium autem, quod eis debeatur, ſiue merces pro eorum laboribus à clientulis ſibi præſtan. hæc ſit, videlicet, quòd DD. Aduocati pro eorum ſalario, & mercede, debeant habere, & accipere poſſint ſolummodo, ad rationem octo pro centenario valoris, & æſtimationis cauſæ, de qua agitur à centum infra, & à centum ſupra quatuor pro qualibet centenario; & hoc in prima inſtantia: in ſecunda verò, & alijs ad rationem duorum pro quolibet centenario pro qualibet inſtantia.

Procuratores quoque poſſint accipere, & conſequi medietatem eius, quod ſupra, per DD. Aduocatos taxatum eſt.

Poſſint etiam, tam Aduocatus, quàm Procurator vltra dictum ſalarium, & mercedem accipere exculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſint à ſpontè dantibus, non autem ipſa petere; modò pro ſingulo munere non excedat valorem vnius Ducati.

Et ſi contigerit cauſam concordari ante prolationem ſententiarum, ſi poſt litem conteſtatam, & termino dato ad probandum, habeant tertiam partem dicti ſalarij, ſeu mercedis.

Si verò concordia ſecuta fuerit poſt publicationem proceſſus, habeant duas tertias partes dicti ſalarij: lata verò ſententia, habeat integrum ſalarium, vt ſupra.

Et hæc in cauſis ciuilibus.

In criminalibus capitalibus, vbi fiunt defenſiones, & allegationes iuriũ, Aduocatus, non poſſit habere niſi à decem Ducatis infra ſecũdũ perſonarũ qualitatẽ, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia: In alijs verò cauſis, & vbi nõ fiunt defenſiones, habeat tãtũ ducatũ vnũ.

Taxa Medicorum, tam Phyſicorum, quàm Chirurgicorum.

SI verò contigerit ſuper mercede ipſorum aliquam diſcordiam, vel litem oriri, taxetur eorum merces: Siquidem ſint Phyſici ratione Carleni vnius pro quolibet die.

Chirurgicis verò medietas dicti ſalarij detur.

Et teneantur, & debeant bis viſitare infirmos quolibet die, de mane ſcilicet, & poſt veſperas ad minus.

Taxa Baricelli, habetur ſupra.

De Sportulis Caſtellani, ſeu Commentarienſis.

PRo quolibet Carcerato, ſiue pro cauſa ciuili, ſiue criminali ad inſtantiam, & querelam partium Commentarienſis, habeat pro ingreſſu, ſiue portello, Grana quinque.

Item pro quolibet nocte, & die, Grana tria vſque ad dies quindecim incluſiuè.

Item, quòd à diebus quindecim vſquequo liberetur, per quantumcunque tempus, habeat Carlenos quinque incluſis dictis diebus quindecim, & portello.

Item, quòd non debeant omnibus paſſim compedes ferreos, aut manicas, ſeu manettas ponere niſi criminalibus pœna vltimi ſupplitij afficiendis, & de ordine Excell. D. Locumtenentis criminalium, pro ferratura, & sferratura habeat Carlenum vnum.

Et ſi plus receperit, aut alijs quàm criminalibus ſupradictis, & ſine ordine Excell. Domini auſus fuerit ferreos compedes, aut manettas imponere; tunc concuſſio pręſumatur, & Caſtellanus vltra pœnã criminalẽ cõdẽnetur ad intereſſe partis, & ad quadrupli reſtitutionẽ.

Item, quòd non debeat carceratos in ſecretis carceribus tenere niſi id habeat in mandatis, & ſufficiat eos benè cuſtodire de die, ac nocte in carceribus conſuetis: aliàs concuſſio præſumatur, & Commentarienſis puniatur, vt ſupra.

Item,

Item, quòd ſi Carceratus non ingrederetur carceres ſub claui, ſed per palatium detineretur, ex ordine Excellen. D. vel Magnifici D. Vicarij; tunc nihil poſſit ab eo recipere, Idem etiam ſtatuitur, ſi fuerit habilitatus per palatium, vt poſt habilitationem nihil ſoluatur.

Item, ſi Carceratus quis eſſet ad inſtantiam Magnifici D. Fiſci Procuratoris, & ipſius Curiæ: tunc etiam nihil poſſit recipere Caſtellanus, cum pro ijs ſalarium à Curia recipiat.

Jtem, quòd non patiatur; quòd carceratis aliquid extorqueatur per priorem, ſeu lampade, ſeu pro alijs figuratis neceſſitatibus a ſpontè dantibus: aliàs de ſuo reſtituere teneatur.

Item debeat Commentarienſis deſeruire carceratis, ne quid pro alimentis neceſſarijs deficiat, pro quibus inſtare debeat apud officiales, vt prouideant, & maximè Caſtellanus procuret expenſis proprijs, ne aqua ſaltim deficiat idonea, & ſufficiens, ac bona ad bibendum, pro qua ſalarium, vt ſupra taxatum, & computetur in parte.

Item debeat panem, aut alia victualia data nomine Carceratorum eis fideliter ſine diminutione dare: aliàs ad quatruplum teneatur, ac arbitrio puniantur.

Ne quid vltra Taxam recipiatur.

ITem, ſi vltra Taxã prædictam tam Officiales, quàm Exequutore Iuſtitiæ, quàm Caſtellanus, Actuarij & alij quicunque aliquid perceperint, niſi prout ſupra ſtatutum, & taxatum fuit, concuſſio, & violentia præſumatur, ac ſubornatio, & vltra pœnam criminalem arbitrariè àd reſtitutionem teneatur, & probatio ſufficiat per ſemiplenaſ probationes, & iuramento ſuppletorio propter difficultatem probationum, in his caſibus, qui vt plurimum ſecreto fiunt: Idem quoque dicimus In Aduocatis, & Procuratoribus, & cæteris quibuſcunque vltra taxam hìc ſtatutam exigentibus, vel recipientibus.

De Taxa Cancellarij.

ITem, quòd Cancellarij Ciuitatis, habeant pro priuilegijs Ciuium creandorum pro eius mercede videlicet, qui ſoluerit Ciuitati pro taxa Carlenos decem, ab eis Cancellarius, habeat Carlenos quinque.

Item,

Item, qui ſoluerit vſque ad Carlenos triginta pro taxa Ciuitati ſoluat pro priuilegio, Carlenos decem.

Item de alijs, qui ſoluerint vltram dictam taxam, ad quamcunque taxam, qui fuerint taxati, ipſi ſoluant Cancellario, Carlenos quindecim, & vltra petere non poſſit.

Item pro quibuſcumque litteris, ſeu mandatis per Cancellarium faciendis nihil recipiat.

Item volumus, & ſtatuimus, quòd quoties opus fuerit in iudicio, vel extra videre huiuſmodi Statuta, vel aliquam particulam ipſorum, non poſſit amoueri hoc originale è loco ſuo, ſed cunctis liceat per Notariũ publicum extrahere tranſumptum cui eadem adhibeatur fides, ac ſi præſens originale exhiberetur.

Volumus etiam, quòd ſupradictæ Taxę omnes antiquitus factæ Rectoris, & Offitialium, necnon etiam Barigelli ſupra in corpore Statutorum Ciuilium poſitæ ſeruentur quatenus ſint hodie in vſu, & viridi obſeruantia, ex eius quiſque condecenter iuxta eius gradum manutenere poſſit; Quòd ſi nimium tenues eſſe conſtiterit, volumus reformari per Magnificum Conſilium, & reformationis ſic factæ peti confirmationem à Sede Apoſtolica.

Item volumus, quòd huiuſmodi Statuta ſeruentur inuiolabiliter, ſaluis temen decretis factis ab Illuſtri admodum, & Reuerēdiſſimo D. Ioffredo Lomellino in ſua viſitatione, quæ potiora ſint Statutis, & exequutioni demandetur tanquam mandata Superiorum, & ordinationes Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, nec illis à quoquam quouis prætextu, vllo vnquam tempore derogari poſſit.

Supradicta Statuta per nos, de mandato Sanctiſſimi D.N. oretenus nobis facto viſa, correcta, & approbata fuerunt. In cuius rei teſtimonium hic nos ſubſcripſimus.

I. Lomellinus Cam. Apoſt. Commiſſ. Gen.

Io. Iacobus Panicus Fiſcalis.

In Dei Nomine. Amen.

Vniuerſis, & ſingulis præſentis publici Inſtrumenti tenorem inſpecturis, lecturis, & audituris, pateat euidenter, & ſit

ſit notum, quòd Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Indictione prima, die verò decimaoctaua, Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti Papæ Quinti, Anno Quarto, In mei Cameræ Apoſtolicæ Notarij, teſtiumq; infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, præſentia perſonaliter conſtituti Reuerendiſſimus D. Ioffredus Lomellinus vtriuſque Signaturæ ſuæ Sanctitatis Referendarius, Cameræq; Apoſtolicæ Generalis Commiſſarius, ac eximius I. V. D. D. Io. Iacobus Panicus eiuſdem S. Sanctitatis, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator Fiſcalis, quibus, vt aſſeruerunt eadem Sanctitas ſua ad preces Communitatis, & hominum ſuæ Ciuitatis Beneuentan. reuiſio, & correctio Statutorum Ciuitatis prædictæ in præſenti volumine, per Magnificos DD. Franciſcum Antonium Griffum, & Antonium Rubinum dictæ Ciuitatis Oratores ad Sanctitatem ſuam deſtinatos, eidem S. Sanctitati præſentato deſcriptorum commiſſa fuit, In executionem cõmiſſionis huiuſmodi, viſis per eos, & diligenter conſideratis Statutis præfatis, & matura inter eos deſuper habita diſcuſſione Statuta antedicta correxerunt, emendarunt, nonnullaq; pro illorum correctione, & emendatione caſſarunt, delerunt, addiderunt, & minuerunt, prout ſuperius videri poteſt, & in ipſis verbis per eos, ſeu de eorum ordine ſic vt ſupra caſſatis, deletis, additis, & minutis, ac circa ea ego idem Notarius, de eorum mandato manum appoſui ſub ijs duobus primis nominis, & cognominis mei litteris, videlicet T. M. Inſuperq; præfati Reuerendiſs. D. Commiſſarius, & Excell. D. Proc. Fiſc. Statuta ipſa, cum taxis ſuperius vltimo deſcriptis, præſenſq; illorum volumen, prius per eos, in eorũdem mei, & teſtium præſentia ſubſcriptum, ſeu ſubſcripta, eiſdem Oratoribus, in mei, & eorũdem teſtiũ præſentia tradiderunt, & conſignarunt publicanda, prout publicari mandarunt, & præſentis Inſtrumenti tenore publicarunt, & ab omnibus, & quibuſcũq; perſonis, tam Ciuitatis prædictæ, quàm illius Territorij, & diſtrictus perpetuis futuris temporibus, tanquam eorum leges municipales inuiolabiliter ſeruanda. Quibus per eoſdem DD. Oratores receptis, eiſdem Reuerendiſs. & excellenti DD. de optima eorũ diligentia, habitoq; labore, nomine Cõitatis præfatæ, ingentes gratias retulerunt, ſed potiſſimè pro ſuæ Sanctitatis, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ

perpe-

perpetua felicitate, ad Deum preces effundere polliciti ſunt. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me dictæ Cameræ Notario, præſens publicum exinde fieri Inſtrumentum. Actum Romæ in Camera Apoſtolica, habita apud Templum B. Mariæ ſuper Mineruam, pręſentibus ibidem Mag. D. Oratio de Sinibaldis de Briſichella Fauentin. Diœc. I. V. D. dicti D. Commiſſarij Auditore, & Cęſare Belcario Romano mei Notarij ſubſtituto, Teſtibus, ad præmiſſa vocatis, atq; rogatis.

Locus ✝ Signi.

Quia ego Tydeus de Marchis Bononien. Cam. Ap. Not. præmiſſis interfui; Ideò ea ſubſcripſi, ſignaui, & publicaui rogatus.

NOS Henricus miſeratione diuina, tit. S. Pudentianæ, presbyter Cardinalis Caetanus nũcupatus, S. R. E. Camerarius, Vniuerſis pręſentes inſpecturis, lecturis, & audituris notum facimus, & atteſtamur ſupradictum D. Tydeum de ſupradicto Inſtrumento rogatum fuiſſe, & eſſe publicum, legalem, & authenticum, ac noſtrum, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ Notarium, illiusq; Inſtrumentis, & alijs ſcripturis per eũ ſubſcriptis, & publicatis, in iudicio & extra plenam adhibitam fuiſſe, & adhiberi, & in præmiſſorum fidem præſentes fieri, & per alium Cõnotarium ſubſcribi, ſigilliq; dictæ Cameræ, quo in ſimilibus vtimur, iuſſimus, appenſione muniri. Dat. Romæ in Camera Apoſtolica ſub Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, die verò vigeſima Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. D. Sixti Papæ V. Anno Quarto.

Scipio Penellus.

Declarationes ad nonnulla Capitula Statutorum Ciuitatis Beneuenti, ſuper quibus cum dicta Ciuitas recurſum habuerit, per eius Oratorem ad Sanctiſsimum Sanctitas Sua nobis commiſit, vt quæ fuerit intentio noſtra, dum dicta Statuta reformauimus, apertius declaremus.

1 In Rub. de Iure Congrui, verſiculo, Quòd incipit, Quòd ſi locationes,

nes, loquens de renouandis inueſtituris bonorum Emphyteoticorũ finitis, per lineam finitam temporis lapſum,& alio quocũq; modo, declaratur habere locum in omnibus bonis emphyteoticis, tã priuatis,quàm Eccleſiaſticis,& tã Cameræ,& Sedis Apoſtolicæ,quàm Eccleſiæ Beneuentanę,& quarumcumq; aliarum Eccleſiarum,iuxta formam Breuis fel.record. Sixti Papæ IIII. ſeruata tamen forma Breuis S.D.N.ſuper gratijs nuper Ciuitati Beneuentan. conceſſis.

2 De Nundinis, quia quandoq; contigit Mercatores ad Nundinas accedentes deperdere Sues, ſiue porcos,qui poſtquàm reperiũtur, multas inter mercatores generant controuerſias, cum quiſq; amiſſos recuperare tentet.

3 Et ſuper recognitione facienda, oriatur differentia inter Iudicem Nundinarum,& Gubernatorem dictæ Ciuitatis; declaramus,ꝙ recognitio facienda huiuſmodi ſuum,omniſq; cauſæ,ſuper his cognitio ſpectet ad dictum Iudicem Nundinarum priuatiuè, quoad omnes alios: Sues autem, quorum nullus repertus fuerit Dominus, ſpectent omnes ad Cameram Apoſtolicam, ipſiq; ſtatim applicentur, cui de iure diſtribuendi.

4 Capitulum,quòd incipit, Incipiunt,in eadem Rubrica,quo diſponitur Ciues habitantes,non poſſe accuſari,ſeu conueniri de aliquo Inſtrumento durante tempore Nundinarum, niſi poſt Feſtum; declaratur, quòd habeat locum nedum in Curia temporali,ſed etiam Archiepiſcopali, quoad laicos tantum, quòdque in dicta Curia Archiepiſcopali pro dictis Inſtrumentis, nihil plus ſoluatur, ac ſoluitur in curia temporali.

5 In Rubrica de damnis datis verſiculum, Et quòd dictus Iudex, vbi datur facultas Iudici deputato à Ciuitate ſuper damnis datis, à tribus Ducatis infra cum ſit clarum, nec aliquam difficultatem contineat, & propterea interdicitur Vicario ſe ingerendi in dictis cauſis ſummarijs, à dicta ſumma infra, ſed ad dictum Iudicem ſpectent cum omnibus emolumentis, prout in Statuto, quod ſeruari mandamus.

6 Taxæ omnes in Statutis inſertæ, ſeruentur, præterquam illa Domini Rectoris, qui ſeruare teneatur Taxam nuper à nobis reformatam, & in fine dictorum Statutorum inſerendam, vt infra.

P Taxa

Taxa Domini Rectoris.

PRo examine teſtium in criminalibus, capitalibus, & ad defenſam tantum, & ſuper facto principali, carlenum vnum pro quolibet teſte: ſin autem examinatum fuerit ſolùm ad probandam bonam famam, vel alia generalia, aut non, in criminalibus; capitalibus, pro quolibet teſte, Grana quinque.

Pro viatico autem, & viſura loci differentiæ, intra Ciuitatem, & Pontes, carlenos quinque, ſi extra Pontes, Ducatum vnum.

Pro decreto interlocutorio, in capitalibus, carlenum vnum, in alijs verò non capitalibus, grana quinque.

Pro decreto relaxationis carcerati cum fideiuſſione, vel quando non eſt cognitum, & cauſa non eſt capitalis, Tarenum vnum: in alijs verò vbi non eſt cognitum, vel ſi eſt cognitum in non capitalibus, carlenum vnum.

Pro ſportulis ſententiæ abſolutoriæ vbi veniret imponenda pœna mortis, & defenſiones factæ fuerint, ſoluantur Ducati ſex: pauperes autem non niſi quatuor ſoluant.

Vbi autem veniret imponenda pœna Triremium, ſoluatur pro decreto abſolutorio medietas dictæ ſummæ, Ducatorum ſex, & vt ſupra pauperes duo.

In alijs verò vbi veniret imponenda pœna corporis afflictiua, ſoluantur carleni decem.

Pro ſportulis vbi veniret imponenda pœna pecuniaria, ſoluatur hoc modo videlicet, vel ad tranſactionem deueniretur.

Pro pœna pecuniaria à decem Ducatis infra ſoluatur carlenus, à decem vſque ad viginti, carleni duo, & pro quibuſlibet viginti Ducatis, ſoluantur carleni quinque, dummodo dicta ſumma non excederet Ducatos quatuor, etiam ſi dicta pœna, vel tranſactio excederet quamcunque ſummam.

Pro ſigillo vbicunque opus eſt, carlenum vnum.

Pro ſubſcriptione mandati in cauſis criminalibus, ad inſtantiam partis tantum, etiam ſi plures continerentur in mandato, ſoluatur carlenus vnus.

In

In cauſis autem ciuilibus, Rector accipiat, vt in Taxa Domini Vicarij.

Item volumus, quòd prædicta Taxa tam in ciuibus, quàm in exteris ſeruetur, nulla facta exceptione perſonarum.

I. Lomellinus Cam. Apoſt. Commiſſ. Generalis.

Ioffredus Lomellinus S. D. N. Papæ V. Signaturæ Referendarius ſuæ Sanctitatis eiuſque Cameræ Apoſtolicæ Generalis Commiſſarius, & ad infraſcripta omnia per Breue eiuſdem D. N. Sixti Papæ V. ſub datum Romæ die 13. Menſis Nouembris 1587. Generalis Commiſſarius, & Viſitator Deputatus.

HAuendo noi ſecondo l'ordine datoci da Noſtro Signore fatta la viſita della Città, & Contado Beneuentano, & preſa diligente informatione di tutte le coſe concernenti il Gouerno di detta Città, l'adminiſtratione della giuſtitia, il maneggio dell'entrate della Città, & per li conti di molti Teſorieri riueduto l'introito, & eſſito d'eſſa, ordinario, & eſtraordinario, & li debiti della detta Communità, & l'Archiuio delle ſcritture publiche, & conſiderati tutti li diſordini inſino ad hora ſeguiti, & li remedij ſopra d'ogni capo neceſſarij riſeruandoci à prouedere nelle coſe più importanti come habbiamo d'eſſe fatta la relatione à Sua Santità come à ſupremo Principe, & Padrone, nell'altre che ricercano preſente prouiſione habbiamo fatto l'infraſcritti ordini, & decreti, li quali eſpreſſamente commandamo alli Signori Conſoli, & Conſiglieri, Sindico, Teſoriero, & altri Offitiali della Communità, che inuiolabilmente debbiano oſſeruare nell'auuenire; ſotto pena à chi contrauerrà di eſſer caſtigato come diſobediente al Sommo Prencipe, & di refare tutti li danni, & intereſſi che per detta contrauentione patiſſe la detta Città, ò qualunque perſona publica, ò priuata; & ſotto altre pene dette di ſotto, ò altre arbitrarie à gli Gouerna-

trio, ò Luogotenenti, che ſaranno pro tempore, & eſpreſſamente per l'auttorità dataci, ordinamo al preſente Signor Luogotenente, & ſuoi Auditori, & à gl'altri Gouernatori, & Officiali, che veneranno, che debbiano ſubito farle eſſequire, & per l'innanzi oſſeruare, & ſenza remiſſione punire tutti quelli che contrauẽneranno.

1 Principale intentione di Noſtro Signore è, che proueda all'extentione de debiti della Città, & alla buona adminiſtratione dell'entrate d'eſſa; Però volendo ciò fare neceſſario giudichiamo, che ſi veda netto, & chiaro lo Stato della Città, che dalla confuſione di conti mal tenuti, & paſſati per molt'anni non ſi potendo ben chiarire, ordinamo che ſubito ſi metta mano à formare vn libro di tutto l'introito, & eſito della Città, e di tutti i crediti, & debiti, e bene intauolato all'vſanza Mercantile, il quale ſi vada continuando della medeſima forma d'vn Computiſta, ò Rationale prattico da tenere ſcritture, che ſi deputarà dal Conſeglio con la prouiſione che parerà honeſta, & à queſto Computiſta ſi darà ſempre nota di tutti gl'appalti ſeù arrendamenti, & eſſo annotarà in vn libro appartato tutti i mandati che ſi ſpediranno, diretti al Teſoriero, quali mandati ſaranno da lui ſottoſcritti, altrimente non valeranno, & interuenerà eſſo Computiſta nel ſaldo de conti, che ſi faranno con il Teſoriero, & con qual ſi voglia altra perſona per dare, ò pigliare il rincontro delle partite, & continuare la ſcrittura nel libro.

2 Item biſognando prima prouedere al Stato preſente deputiamo il Magnifico Camillo Graſſo Sauoneſe habitante in Beneuento à formare il detto libro al quale tutti i Teſorieri, & altri eſſattori, ò adminiſtratori de denari della Città da 25. anni in quà ſaranno obligati dare tutti li libri, & ſcritture ch'egli dimandarà per formare detto libro del quale libro ben formato il detto Magnifico Camillo mandarà à noi in Roma il bilancio chiaro, & deſtinto ſecondo l'vſo Mercantile, ordiniamo poiche ogn'anno nel principio dell'anno ſi caui vn bilancio del libro ſu detto, il quale ſi legga nel Conſeglio per tutto il meſe di Genaro acciò ſappiano tutto lo Stato vero della Città.

3 Et

3. Et perche reſtano infiniti conti non ſaldati, ſenza il ſaldo de quali non ſi può fare il libro, & bilancio, & vedere bene lo Stato della Città, deputiamo il detto Magnifico Camillo, che con vno da deputarſi dal conſeglio ſecondo il ſolito, con l'interuento del Signor Luogotenente, ò d'vno de ſuoi Auditori ſaldino tutti i conti non ſaldati così de tutti i Teſorieri, come de Deputati à fabriche, ò acconci di ponti, di mura, di ſtrade, di Roccha, & ogn'altra ſpeſa della Città, & anco di tutti gl'Ambaſciatori, & d'ogn'altra perſona che habbia hauuto in mano denari della Città, & non habbia ſaldato il conto, & poſſano contra tutti queſti manu Regia procedere, & farli dare i detti conti, & à venire al ſaldo, & à pagare tutto quello che ſaranno ſignificati debitori ſubito in mano del Teſoriero della Città; Et perche non ſegua più queſta confuſione de conti, ordiniamo che in l'auuenire ogni fine d'anno ſi ſalda il conto del Teſoriero ſecondo il ſolito, & la fine dell'anno intendiamo ſi pigli dall'elettione del detto Teſoriero, nè ſi tardi più d'otto giorni dalla fine dell'anno à farſi dal Conſeglio la deputatione di quelli che deueno ſaldarli, nè il detto Teſoriero tardi più d'altri otto giorni à preſentare à Deputati i ſuoi conti; ſotto pena di cento ducati d'applicarſi alla Camera, nè tardino ſotto la medeſima pena detti Deputati al ſaldo, & ſaldarli più d'vn Meſe dopò la preſentatione d'eſſi in fine d'ogn'anno conforme alli Breui della felice memoria di Siſto Quarto dato l'anno 1478. à 28. di Gennaro, & della felice memoria di Clemente Settimo dato à 16. di Maggio 1524. ſiano obligati i Conſoli, & Teſoriero moſtrare al Gouernatore, ò Luogotenente i conti di detto anno dell'introito, & eſito, & trouando il detto Gouernatore, ò Luogotenente che habbiano i Conſoli, ò Teſoriero contrauenuto in coſa alcuna, & male ſpeſe contra li decreti, & ordini fatti li condannino ſubito alla reſtitutione, & alle pene impoſte.

4 Ordiniamo che le Gabelle, & altre entrade della Città, che s'affittano non ſi poſſano appaltare ſe non nel luogo ſolito con le ſolite denuntie, & proclami precedenti, & all'eſtintione della candela dandoſi al più offerente, nè in altro modo ſi poſſono deliberare, & concedere ad alcuno qualunque ſi ſia, ſotto qual ſi voglia pretesto,

preteſto, & li appalti, & contratti che ſotto altra forma ſi faranno dichiaramo nulli, & inualidi, & così i Conſoli, & altri Offitiali, che detti contratti ſotto altra forma faranno;come gl'Appaltatori ſiano tenuti inſolidum à refare tutti i danni, & intereſſe che la Città ne patiſſe, & di più ad altre pene arbitrarie à Gouernatori, ò loro Luogotenenti.

5 Gl'Appalti delle Gabelle, & entrade della Città non ſi poſſono dare ſe non à perſone facultoſe, & conoſciute Idonee à pagare l'affito, ouero che diano ſicurtà Idonea à ſatisfattione delli Signori Conſoli.

6 Nell'oblationi, che ſi faranno alla candela ſopra gl'appalti non ſi admettano ſe non l'oblationi di perſone facoltoſe, & idonee à pagare l'affitto, ouero che preſentino quiui cedola d'altri idonei, che promettano per loro, & venendo ad offerire perſona non idonea à giuditio del Gouernatore, ò Luogotenente, & di Conſoli ſenza dette cedule non ſe gli dia alcuno donatiuo, ò guadagno di partito ſolito à darſi ne gl'arrendamenti fatti alla candela à gli oblatori.

7 Non ſi poſſi far appalto d'alcuna Gabella, ò entrada della Città con pigliare i denari anticipati, perche queſto viene in manifeſto danno delle Communità, facendo perciò gl'appalti à meno del giuſto prezzo, & ſe il biſogno della Città ricercaſſe che ſi faceſſe con alcuna paga anticipata, debbia ciò eſſer deliberato dal publico Conſeglio con li doi terzi di voti diſcuſſo ben prima il biſogno, & riſoluto, che in altro modo al biſogno prouedere non ſi poteſſe: ma non ſe poſſa però fare in pigliare anticipatamente più della paga d'vn'anno, & volendo per qual ſi voglia vrgente neceſſità pigliare più della paga d'vn'anno anticipata, ſi debbia hauere ricorſo alla Reuerenda Camera Apoſtolica, & da lei ottener licenza, tutti gl'appalti fatti contra il preſente decreto ſiano nulli, & chi le farà à nome della Città, come chi le pigliarà ſia inſolidum tenuto à tutti danni, & intereſſi della Communità.

8 Debbiano gl'appaltatori di qual ſi voglia Gabella, ò entrada della Città pagare il denaro del loro appalto à tempi debiti in mano del Teſoriero della Communità, & non ad altri, ancorche

i Conſo-

i Conſoli ordinaſſero altramente di qual ſi voglia ſumma piccola, ò groſſa, nè meno poſſa il Conſeglio ordinare il contrario, & pagando detti appaltatori qual ſi voglia ſumma ad altri, che al Teſoriero ſiano tenuti à pagarla di nouo al Magnifico Teſoriero, & à ciò debbiano eſſer aſtretti da gl'Officiali di Giuſtitia; come puri, & liquidi debitori, coſi conuenendo per beneficio della Communità, che tutti i denari dell'entrade publiche entrino in vna mano, & per eſſa ſi ſpendino, acciò ſi veda il conto ſempre diſtinto dell'introito, & eſito nè ſi poſſi ſotto queſti ſoldi fare alcuna fraude, ò confuſione.

9 Tutti i mandati di qual ſi voglia pagamento, ò ſpeſa che ſe faranno, ò dalli Signori Conſoli, ò dal Conſeglio debbiano eſſere diretti al Teſoriero, & non ad altri, & drizzandoſi ad altri non vagliano, nè la Città debbia far buoni i pagamenti in virtù d'eſſi fatti; ma i Conſoli ſiano tenuti alla pena del duplo &c.

10 Ordiniamo che tutte le ſpeſe che per qual ſi voglia occaſione in l'auuenire ſi faranno comprèſo l'acconcio della Rocca, di ſtrade, di ponti, di mura, & ſimili, debbiano paſſare per mano del Teſoriero, & facendo il Conſeglio alcuna deputatione di perſone che habbiano cura di coſa alcuna doue ſi debbia ſpendere, ò ſia limitata, ò non ſia limitata dal Conſeglio la ſumma che ſi douerà ſpendere non ſi poſſa dare in mano delli Deputati, ma eſſi debbiano per la prouiſione neceſſaria à loro cura fare di volta in volta i mandati al Teſoriero nel modo, che fanno i Conſoli per altri biſogni della Città ſin'alla ſumma dal Conſeglio decretata.

11 Ordiniamo, che in qual ſi voglia modo pigliandoſi denari in preſtito d'alcuno in nome della Città, ancorche foſſe per ſpendere all'hora in vn preſente biſogno detti denari, non ad altri che al Teſoriero ſi debbiano sborſare da chi li preſta, & dal Teſoriero poi ſiano dati à chi ſarà di biſogno precedente il mandato; come il ſolito, & pigliandoſi denari in preſtito in altro modo, & per altre mano, non ſia la Città tenuta alla reſtitutione, nè il Teſoriero paghi alcun mandato di reſtitutione di ſimil preſtito, & pagandolo non gli ſia fatto buono ne i ſuoi conti, & di più ſia tenuto à pagare altretanto di pena da diuiderſi per terzo tra la Reuerenda Camera

mera, & la Communità, & il Giudice che farà l'eſſecutione.

12 Non poſſa alcuno Appaltatore, ò debitore della Città pagare à qual ſi voglia perſona denari ſopra alcuno mandato ancorche diretto al Teſoriero, & pagandoli vada à conto ſuo nè il Teſoriero gli faccia buoni: ma ſia come ſe detto mandato più non ci foſſe, & reſti detta partita pagata in tutto cancellata.

13 Il decreto fatto dal Conſeglio nell'anno 1580. alli 11. Decembre che i Conſoli in tutto il loro Conſolato non poſſino ſpendere in ſpeſe eſtraordinarie di elemoſine di qual ſi voglia ſorte ſenza il Conſeglio più di carlini quindici per vno s'oſſerui, & di nuouo ordiniamo che coſi ſi faccia; ſotto pena à quei Conſoli che contrauerranno d'eſſer inſolidum tenuti alla reſtitutione de danari ſpeſi, & d'altretanto di pena applicata per terzo alla Reuerenda Camera Apoſtolica, alla Communità, & al Giudice che farà l'eſſecutione, nella medeſima pena incorra il Teſoriero che pagarà i mandati di detti Conſoli iuſta la forma del preſente Decreto; nè detti pagamenti gli ſiano fatti buoni ne i ſuoi conti.

14 Tutte l'altre ſpeſe ſtraordinarie che occorreranno à farſi che da noi nelli preſenti decreti non ſono prohibite debbiano conforme al Breue della felice memoria di Clemente Settimo nell'anno 1524. alli 16. di Maggio del Conſeglio con li doi terzi de voti deliberarſi.

15 Non poſſano i Conſoli, nè il Conſeglio fare alcuno defalco à qual ſi voglia Appaltatore di Gabelle, ò entrade della Città ſotto qual ſi voglia preteſto ancorche di Giuſtitia, ò d'vltimo obligo, ma debbia l'Appaltatore incaminarſi per qual ſi voglia ſua pretenſione dinanti à Giudice, & terminarſi la lite per Giuſtitia, & pendente la lite non ſi ritardi in modo alcuno l'eſſecutione del pagamento promeſſo, ò deuuto per appalto, da farſi al Teſoriero al quale i Giudici debbiano dare prontamẽte il braccio per eſſequire.

16 Ne meno poſſano i Conſoli, ò Conſeglio dare alcuna dilatione di pagamento à detti Appaltatori oltre la forma del contratto dell'appalto; ſotto pena à chi contrauenerà inſolidum d'altretanto da diuiderſi come di ſopra, & de i danni, & intereſſi che la Città ne patiſſe.

17 Poiche

17 Poiche i donatiui in gran parte hanno cauſato il groſſo debito della Città, ordiniamo che per l'auuenire s'aſtengano quanto ſarà poſſibile, & prohibiamo, che ſenza licenza della Camera Apoſtolica non poſſano fare alcuno donatiuo à qual ſi voglia perſona benche di grande ſtato, ò qualità che acceda la ſumma de ducati venti ſendo di denari, ò de robbe; ſotto pena à tutti coloro, che interueneranno à fare detto donatiuo, & vi conſentiranno d'eſſere tenuti inſolidum alla reſtitutione, & il Teſoriero che per donatiui pagarà alcun mandato che ecceda la ſumma di ducati venti, oltre che commandiamo che non gli ſia fatto buono ne i ſuoi conti, ſia tenuto à pagare altretanto di pena d'applicarſi per terzo come di ſopra, & habbiano riſpetto à far il donatiuo minore à perſone inferiori, ricordandoſi di donare robbe della Città pouera.

18 Parendo bene concordare alcuna lite moſſa contro la Communità da Appaltatori di difalco non ſi poſſa fare detta compoſitione ſe non dal Conſiglio con li quattro quinti de voti, & precedente prima vna fede inſcritta dal Giudice della cauſa che approui in ſua conſcienza eſſere più vtile alla Città fare detta concordia, & difalco che ſeguitare la lite, &c.

19 Non ſi poſſa fare à Cittadini alcuno donatiuo etiandio in minima ſumma ſotto qual ſi voglia preteſto; ſotto la pena detta di ſopra, & nell'elemoſine ſtante la pouertà della Città ſi vada retinente, & non ſi poſſano fare ſe non à veramente biſognoſi in caſi de neceſſità, che non eccedano carlini venti, nè ſi poſſano fare à perſona nominata in confidenza d'alcuno Cittadino, mà ſi debbiano eſpreſſamente nominare le perſone alle quali ſi fanno, & ſpedire li mandati in faccia loro, & à loro pagarſi per mano del Teſoriero, altrimente pagandoſi incorra il Teſoriero nella pena del precedente decreto, non s'intendendo compreſe l'elemoſine, che ſi fanno à Monaſterij, & altri lochi pij.

20 Eſſendo tutti i buoni Cittadini obligati à ſeruire ne i biſogni la Patria reprobamo l'abuſo ſin quà oſſeruato di dare ad alcuno premio, ò aiuto di coſta, ò ſotto altro ſimile nome denari per ſeruitij fatti alla Città, ò nell'Ambaſciarie, ò in altro, ordiniamo che ad alcuno per qual ſi voglia occaſione non ſi debbia pagare

denaro alcuno per l'opere, & fatiche: ma ſolamente quello che veramẽte hauerà per il ſudetto ſeruitio ſpeſo,eccettuãdo le mercede debite,& ſolite à gl'Offitiali,& anco à quelle perſone meccaniche che ſono ſolite locare le loro fatiche à viuer d'eſſe, & contro la forma del preſente decreto pagandoſi denari così chi farà il mãdato;come il Teſoriero ſiano tenuti inſolidum à pagar del ſuo, & alla pena d'altretanto di repartirſe per terzo come di ſopra, & ricuſando alcuno Cittadino ſenza premio di ſeruire la ſua Patria oltre le pene che vi foſſero, & altre arbitrarie à Gouernatori, & Luogotenenti, lo dichiarano decaduto del beneficio di Cittadino, in tutte le gratie, priuilegij, & indulti per cinque anni, la quale punitione non gli poſſa eſſer rimeſſa ſe non dal Conſeglio, che approui per legitima la ſua ſcuſa con li doi terzi de voti.

21 Et perche ne i donatiui che ſi fanno à Predicatori della Quadrageſima trouamo notabil differenza, in che può hauere luogo alcuna paſſione de Cittadini, ordiniamo che dal Conſeglio nel primo giorno, che ſi congregarà con l'interuento del Signor Luogotenente ſia fatta vna Taſſa, la quale duri per ſempre, nè ſi poſſa dare ad alcuno Predicatore più della detta ſumma Taſſata, mà meno sì.

22 Per le grande ſpeſe fatte in Ambaſciarie ſi conoſce quanto ſia vtile à Beneuento la Bolla del Santiſſimo S. N. Siſto Quinto ſopra il mandare Ambaſciatori, la quale commandiamo eſpreſſamente che s'oſſerui ſotto la pena in detta Bolla contenuta, & i Gouernatori, & Luogotenenti pro tempore la facciano oſſeruare caſtigando li tranſgreſſori, & perche conoſcemo l'vrgente biſogno della Città di mandare ſpeſſo à Napoli per varij negotij, non poſſi mandare alcuno ſotto nome d'Ambaſciatore,ne numero di perſone, mà ſolo Agente, ò Procuratore che non dia molta ſpeſa, nè ſi trattenghi fuora del biſogno altrimente s'oſſerui la ſudetta Bolla.

23 Et perche trouiamo le ſpeſe di dette andate, & Ambaſciarie eceeſſiue, & diſſimili in che può hauere luogo la paſſione ſecondo l'auttorità delle perſone,ordiniamo che ſe non ci è Taſſa di ſpeſa la quale s'oſſerui frà vn meſe proſſimo ſi debbia fare dal Conſeglio con doi terzi de voti vna taſſa di quello che ſi hauerà da dare à ciaſche-

à ciaſcheduno Ambaſciatore ſecondo i luoghi, sì per le ſpeſe del viaggio come per le giornate che ſi tratteneràl nel luogo mandato, la quale fatta ſi debbia mandare à noi in Roma per communicarla à Noſtro Signore, & che poi s'oſſerui ſenza mai poſſerla accreſcere per qual ſi voglia perſona.

24 Perche la Città hà la Gabella di porci datali dalla felice memoria di Pio Quarto per le reedificationi delle mura, & non in altro vſo, oltre il conto che daranno; come ſi è ordinato di ſopra l'eſſattori d'eſſa, & deputati alla detta reedificatione, ſino à nuouo ordine di Sua Santità commandiamo che i denari di detta Gabella, che ſi auanzano delle ſpeſe delle mura tutti ſi diano in mano del Teſoriero, & da lui per l'auuenire ſi eſſigano, & ſe ne tengano conto à parte, & i Deputati à detta fabrica delle mura facciano à lui i mandati delle ſpeſe che occorreranno, nè ſi ſpendino in altro vſo, ancorche vrgente, & neceſſario conforme al Breue di Pio Quarto altrimente ſia tenuto alla reſtitutione così chi farà i mandati, come il Teſoriero che le pagarà, & alla pena d'altretanto da diuiderſi per terzo come di ſopra &c.

25 Ordiniamo che ſi ſaldi quanto prima il conto di detta Gabella, & delle ſpeſe fatte nella detta reedificatione delle mura, & de i denari che auanzano dalle perſone da noi di ſopra deputati, & ſi mandi il bilancio di detto conto à noi in Roma.

26 Perche per le reuelationi fatte in virtù de Monitorij, & per ſcritture trouiamo che vi ſono molti beni così ſtabili, come di conti, & & renditi della Città malamente alienati, ò indebitamente tenuti, ordiniamo à Conſoli, & Sindico di detta Città, che debbiano ſubito mettere mano alla recuperatione per giuſtitia innanzi al Signor Luogotenente, il quale proceda in queſte cauſe ſummarie ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iuditij ſola facti veritate inſpecta, & via executiua, & acciò vi attendano con diligenza ordiniamo ſi diano dieci per cento di tutto quello che ſi riceuerà à quelli Officiali della Città, che faranno dette recuperationi, ò quello di più ſarà approbato in Conſeglio con li doi terzi de voti.

27 Trouiamo che molti decreti ſi fanno dal Conſeglio publico, i

quali poi per intereſſi priuati ſe mandano ſotto le banche, & non ſe eſequiſcono, però ordiniamo che ogni decreto che ſi farà ſi debbia dal Cancelliero notare in vn libro appartato, & ben tenuto, il quale ſimilmente reſti in mano di quello che ſarà Cancelliero, & li decreti che toccaranno il publico Gouerno, ò l'entrade della Città ſe debbiano per proclama nelli lochi ſoliti della Città publicare acciò venghino à notitia de tutti, & imponiamo alli Gouernatori, & Luogotenenti pro tempore che li facciano inuiolabilmente oſſeruare.

28 Volendo al diſordine con gran danno della Città nelle ſcritture publiche ritrouate prouedere, ordiniamo, che ſubito ſi metta mano à formare l'archiuio publico già dal Conſeglio ordinato ſotto l'introſcritta forma.

29 Si deputi vna ſtanza ſicura dal fuoco, & dall'acqua, ò nel Palazzo della Communità, ò nella Rocca, ò in alcuno Monaſtero della Città con le Porte ben chiuſe, & con le feneſtre ſerrate, & ſicure che altri non vi poſſi entrare, &c.

30 In queſta ſtanza ſi facciano li ripoſti, ò caſſe con tutta quella forma che parerà più ſicura dall'humidità, & da ſorci, & da altri pericoli, & tutti con le ſue chiaue; Si riponghino in detti luochi tutte le ſcritture publiche che hoggi ſono nell'archiuio appartatamente, & per ordine di materie, & di tempi, in modo che tutti i priuilegij, & conceſſioni fatte alla Città da Sommi Pontefici ſtiano in vn luogo, & quelle fatte da altri Prencipi in vn'altro &c.

31 Tutti l'acquiſti di coſa alcuna fatta per contratti, ò in altro, & così dell'altre ſcritture, in queſto archiuio ſi riponghino anco tutte le ſcritture, & libri delle Maſtrodattie ſpettanti alla Città fatte, & che ſe andaranno facendo.

32 Et anco appartati tutti l'inſtrumenti doue la Città hauerà alcuno intereſſe.

33 Si farà poi in detto archiuio vn luogo appartato doue ſi terranno tutte le ſcritture d'ogni Notaro che andarà morendo, & ordinamo che vi ſi ripongano tutte quelle de Notari morti, che ſono in mano di qual ſi voglia Notaro, ò altra perſona; ſotto pena à chi recuſerà di perdere in tutto dette ſcritture, le quale reſtino

applicate

applicate alla Communità, & di ducati ducento da pagarſi al Fiſco, & il Luogotenente vi proceda per via di eſſecutione, le ſcritture di ciaſchedun Notaro ſi metteranno in luogo appartato, le quale ſaran tenute con due chiaue l'vna della quale ſtarà in mano del Patrone delle ſcritture, ò heredi del Notaro morto, ò ceſſionario, ò compratore d'eſſe, & l'altre dell'archiuiſta, quando ſi hauerà da cercare, ò cauare d'eſſi alcuna ſcrittura con l'interuento d'ambedoi, & l'emolumento che ſi hauerà per la cercatura, ò copia ſi diuiderà per li doi terzi al Patrone di dette ſcritture, & per vn terzo alla Communità per ſupplire di queſto emolumento alle ſpeſe, & manutentione di detto archiuio.

34 Di tutte le ſcritture publiche, ò toccante alla Communità, che ſi riporranno in detto archiuio, ſi tenirà vn'indice per alfabetto, ò altro ordine ben diſtinto, nel quale ſi metterà in ſumma il contenuto di ciaſcheduna ſcrittura con la data, & la nota del luoco doue ſtà riposta, ò per numeri, ò per caratteri, ò per altro ſegno; acciò ſi poſſa trouare prontamente, il quale Indice ſtarà quiui ben conſeruato, & dall'archiuiſta, che ſarà pro tempore, ſi anderà continuando à notare le ſcritture, che di nuouo vi ſi anderanno riponendo.

35 Dell'altre ſcritture de Notaro ſi farà vn'Indice, ò ſia rubricella più diſtinta che ſi potrà per trouare con facilità ogni ſcrittura, la quale ſtarà nel medeſimo luogo doue ſtaranno le ſcritture, & ſotto le medeſime chiaue.

36 Per la cuſtodia, & conſeruatione di queſto Archiuio ſi deputarà vn'archiuiſta dal Conſeglio, con li doi terzi de voti, il quale ſia Dottore, ò Huomo di lettere, & intendente di queſta cura, con aſſignarli per ſua fatica, ò annua prouiſione, ò participatione nell'emolumenti delle ſcritture; come al Conſeglio parerà, à lui ſi conſignaranno per Inuentario tutte le ſcritture della Città, & eſſo obligarà ſe, & ſuoi beni, & heredi, di darne ſempre conto; come ſarà vſcendo dall'Offitio, & nell'Offitio predetto ſtarà ad arbitrio del Conſeglio approuando, che eſſendoui perſona prattica, & fidele ſia vtile manutenerlo come informato, & più atto à ſcriuere, &c.

37 La chiaue della porta potrà ſtare in mano dell'archiuiſta, quelle de ripoſti delle ſcritture publiche ſi diuideranno come hora ſi vſa, ouero come ordinarà il Conſeglio reſtando all'Archiuiſta in mano l'Indice de tutte le ſcritture.

38 Per eſigere, & indrizzare hora queſto archiuio con l'ordini ſopradetti, deputiamo il primo Conſole il Magnifico Signor Gio. Battiſta Maſcambrono Auocato della Città, & il Magnifico Gio. Iacomo Margiaccha, li quali ſe alcuna altra prouiſione neceſſaria giudicaranno che da noi non ſia ſtata fatta, la communicaranno al Signor Luogotenente, & al Conſeglio.

39 Alli medeſimi ordiniamo, che fatto l'indice ſudetto de tutte le ſcritture publiche, che hoggi ſono in poter della Città, il quale ſaranno quanto prima ne mandino la copia à noi in Roma per riponere nell'archiuio della Camera Apoſtolica.

40 Ordiniamo che dal Conſeglio ſi deputino quanto prima perſone à ſaldare il conto de Maſtri della Nuntiata, & che ogn'anno ſi ſaldi, & che in detto offitio non poſſa vn fratello immediatè ſuccedere all'altro, nè Padre à Figlio, nè Socero à Genero neque, & è conuerſo nè altro parente conſanguineo in ſecondo grado.

41 Queſti commandiamo che inuiolabilmente s'oſſeruino, & perciò di noſtra propria mano l'habbiamo ſottoſcritti, & fatto ſigillare del noſtro ſigillo con la mano del Notaro da noi Deputato, queſto di quinto del meſe di Decembre dell'Anno mille cinquecento ottantaſette.

I. Lomellinus Commiſſarius, & Viſitator vt ſupra &c.

† Locus ſigilli.

N. Fabrius Nazarius act. de mand.

EX CLEMENTE IIII.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei; Dilectis filijs Rectori, & Populo Beneuentanæ Ciuitatis noſtræ, & Eccleſiæ Romanæ fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem, ſub dominio Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter conſtituti, pertuliſtis ſub tirannica ſeueritate diutius diſcrimina ſeruitutis, propter quod eiuſdem Sedis prouidentia vobis tanquam ſpecialibus eius filijs procurat munimina libertatis, Quare priuilegium cariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Sicilię Regis Illuſtris aurea bulla munitum ſuper certis libertatibus, & gratijs veſtræ deuotioni conceſſum, quòd in archiuo dictæ Sedis facimus conſeruari, traſcribi, vt eo gaudere poſſitis præſentibus de verbo ad verbum facimus annotari, cuius tenor talis eſt, Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Vniuerſis Ciuibus Beneuentanis Eccleſiæ Romanæ fidelibus, perpetuum dignum & conueniens fore decreuimus, vt nos qui Regnum Siciliæ, & totam terram quæ eſt citra Farum vſq; ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, excepta Ciuitate veſtra Beneuentana. cum toto Territorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentijs ſuis ab Apoſtolica Sede Regnum & Terrarum prædicta nobis liberaliter concedente recepimus, vos & Ciuitatem eandem, quàm cum finibus eius antiquis, quos Romanus Pontifex quandocunque ſemel tamen ſibi placuerit bona fide diſtinguat in ſuum demanium, & dominium eadem Romanam ſibi retinuit & reſeruauit Eccleſia, nullo iure nobis, vel cuiquam alij de Regno prædicto ibi retento ſeu quomodolibet reſeruato, ob prædictæ Sedis Reuerentiam, ut Regijs proſequamur fauoribus & opportunis priuilegijs muniamus, Decet namq; vt Ciuitas eadem, quę à perſequutoribus eiusdē Eccleſiæ dura & aſpera multarum vexationum, & tandem grauiſſimi exterminij ſeu excidij diſpendia pertulit noſtro fęlici tempore non ſolùm ad antiqua prioris, verùm etiam ad noua, nouæ & antiquæ tranquillitatis ſæcula redeat, & ad ſtatum libertatis ſolidæ reducatur, & in eo ad laudem & gloriam diuini nominis, & honorem ipſius Eccleſię perſeueretur; Per præſens igitur Maeſtatis noſtræ priuilegiū ſcire vos volumus, quòd pro prędicta Ciuitate veſtra Beneuentana per vos hac vice reficienda exponemus per ſeptennium pro lignaminibus omnia

nemora

nemora prædictorum Regni & Terræ,& omnem materiam ad ædificia opportunà, puta lapides, arenam, quæ puteolana vocatur cementum & ſimilia, ſinè præiuditio iuris ſingularium perſonarum, ad vna medietam propè Ciuitatem prædictam, præſtamus etiam Ciuibus Beneuentanis ſecuritatem per totum Regnum & Terram prædictam, niſi in Terra noſtra de nouo delinquant, propter quod ad nos de iure iuſtitia pertinebit: Priuilegia inſuper dictæ Ciuitatis à Regibus & Principibus conceſſa ſeruabimus illibata, omnia ſtatuta per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, ſeù quoſcunque alios Reges Siciliæ facta cõtra libertatem Ciuitatis eiuſdem auctoritate Regia reuocamus,& in omnibusq; libertatis ſunt cæteris Regnicolis vos & Ciuitatem parificamus eandem, nec aliqua ſtatuta,ſeu leges aliquas cõdemus in poſterum perque dictæ Ciuitati directè, vel indirectè poſſit præiuditium generare: Deniq; pro prædictæ Sedis, & B.Bartholomęi Patroni Ciuitatis eiuſdem reuerentia, fidantias remitti faciemus ab omnibus,& remittimus, ex nunc vobis, fidentiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatis, vt vos poſſitis liberè proprias vineas & terras excolere ipſarumq; fruges & fructus recolligere, ac eaſdem terras & vineas vendere, & de ipſis pro veſtra voluntate diſponere, ſinè aliqua exaptione vel munere, vel etiam datione, vt autem huiuſmodi noſtræ munificentiæ gratia firma & illibata permaneat, & inconcuſſam ſemper obtineat firmitatem, præſens priuilegium munitum aurea bulla Typario noſtræ Maeſtatis impreſſæ vobis duximus concedendum. Dat.Romæ per manũ Roberti de Baro Regię curiæ noſtræ Prothonotarij, octauo Idus Iulij octauæ Indictionis Regni noſtri Anno primo: Datũ Viterbij quinto nonas Iulij Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

EX PIO II.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriã Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas, eaq; pro communitatum, & aliarum perſonarum quarumlibet,& præſertim nobis & Romanæ Eccleſiæ fidelium atq; deuotarum commodo, & vtilitate ritè proceſſiſſe, competit vt illibata perſiſtant, libenter cum ab ea petitur Apoſtolico munimine roborat, ipſasq; Communitates, ac illarum ſingulares

ſingulares perſonas ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequendo ea libenter concedit, perq́; decus & ornamentum Ciuitatis ac Communitatis, & illius hominum vtilitas, & commodum rectè poſſit procurari; Hinc eſt quod nos dilectorum filiorum Communitatis & hominum Ciuitatis noſtræ Beneuentanę,qui ad nos & Romanam Eccleſiam eximiam deuotionem gerere comprobantur, ſupplicationibus inclinati * omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones,& indulta Ciuitati ſeù Communitati,ac Ciuibus Beneuentanis prædictis tam per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, quàm per Imperatores, Reges, & Principes, quoſlibet ea præſertim perq́; Communitati ac Ciuibus præfatis, vt in Regno Siciliæ citrafarum pro poſſeſſionibus,prędijs,agris,cuiuſcunq; etiam generis animalibus vbilibet in præfato Regno exiſtentibus, vel earum quarumcunq; negotiationibus, ſiuè animalium paſcuis, aut lignis cędēdis ab omni datij collettę, paſſagijs, & alteriùs cuiuſcunq; ſolutionis onere quocunq; nomine cenſeantur immunes & liberi ſint, & eſſe debeant; Necnon omnia & ſingula alia in quibuſdam authenticis literis maximè aureo ſigillo Regio munitis, ſeù publicis inſtrumentis contenta,quorum omniū tenores,ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta forent,haberi volumus pro expreſſis,pleniùs cōtinetur auctoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, & denuo concedimus, ſupplentes omnes,& ſingulos defectus tam facti,quàm iuris ſiqui forſan interuenerint,in eiſdem,ac illa oĩa in ſingulis plenarijs robore & firmitate permanere eorumq́; plenarium effectum ſortiri debere decernimus,ac eoſdem ſi fortè in cuiuſuis ex immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, & priuilegijs Regijs præfatis Communitas ipſa Beneuentana,ac eius ciues quomodolibet in poſſeſſionē nō exiſterent auctoritate, & ſciẽtia ſimilibus,reducimus,& reponimus; Et nihilominus vt tam Ciuitas ipſa,quam vt ſpeciale & præcipuum Romanæ Eccleſiæ peculiū ſub noſtro & dictæ Eccleſiæ dominio firmiter & indubiè tenere intendimus,ac Ciues clericos præcipuè dictæ Ciuitatis in conferendis beneficijs,& dignitatibus inibi & alibi pro tempore

* Confirmat omnia priuilegia per Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes Ciuitatis & Ciuibus Beneuẽtanis conceſſa.

vacaturis dummodo idonei fuerint priuilegijs, & amplioribus fauoribus proſequi cupimus,& volumus,quàm Ciues & incolę Ciuitatis prædictæ iuxta eorum opportunitates, ac ſtatum ſalubrem & vtilitatem commodiùs prouidere valeant, * Necnon mœnia ipſius Ciuitatis,quæ ob Terremotum cōquaſſata & partim in terram collapſa reparari, & reſtaurari, ac ornatus ipſius facilius procurari poſſit, Gabellas carniū, & vini cōmunitatis præfatæ perpetuò confirmamus,& de nouo applicamus,& concedimus: Ita tamen vt de ipſis Rectori dictæ communitatis pro tempore exiſtenti annis ſingulis ratio reddatur: * Et inſuper Ciuibus & incolis,& habitantibus Ciuitatis præfatæ,ne in quibuſcunq; cauſis temporalibus,ſeù ciuilibus in primis & poſt deputatum Iudicem appellationis ſecundis inſtantijs, & medijs cauſis primarum cauſarum per quoſcunq; extra Ciuitatē prædictā quauis auctoritate,vel occaſione trahi,ſeù conuenini non poſſint,& ſi fortè traherentur, ſeù conuenirentur ipſis ſe trahētibus,ſeù quomodolibet conuenientibus extra Ciuitatem ipſā de Iuſtitia reſpondere minimè teneātur. * Nec eiſdem Ciuibus incolis,aut habitatoribus onus aliquod reale,vel perſonale,aut etiam mixtum ex quauis cauſa,vel occaſione per quemquam ſeù quoſcunq; offitiales imponi,ſeù iniūgi poſſit, aut etiam impoſitum niſi & prout hactenus in dicta Ciuitate obſeruatis cōſtitutionibus continetur exigi, vel ad eorum ſolutionem inuiti compelli poſſint concedimus,& etiam indulgemus: *Prohibentes quoq; quibuſuis perſonis laicis quorūcunq; exceſſuum, ſiuè delictorū occaſione inquiſitis ne ratione familiaritatis Prælatorum quorumcunq; niſi familiares cōtinui commenſales eorundem Prælatorum exiſtant, Rectoris Ciuitatis præfatæ examen ſiuè Iuditium declinare armaq; prohibita ſicut nec cæteri ciues portare poſſunt; *Adijcimus etiam quod clerici quicunq; qui vinum intra Ciuitatem præfatam conducere voluerint pro eo dummodo vinū,ſeù fructus beneficiorum, aut rerū patrimonialium,ſeù aliàs pro dictorum clericorū vſu & ſufficientia non ſint,Gabellas iuxta ipſius Ciuitatis conſuetudinem ſoluere teneantur, * ac inſuper eiſdem Ciuibus,vt ſtatuta prædictę Ciuitatis bonum regimen concernentia non ſolùm corrigere,& emēdare

Conceſſio gabellæ carnium Communitati.

Cauſæ ciuilis in primis, & ſecundis inſtantijs cogn ſcī non poſſint.

Nec onus aliquod reale, vel perſonale ciuibus incolis, & habitatoribus īponi poſſit.

Nullus laicus ratione delictorū inquiſitus valeat declinare forum Gubernatoris, nec arma prohibita ſicut nec Ciues portare.

Clerici teneantur ſoluere gabellā vini dūmodo pro eorū vſu non ſit & vide fol 132.

Facultas corrigendi & de nouo condēdi ſtatuta.

dare, ſed de nouo dummodo Eccleſiæ Romanæ, aut Cameræ Apoſtolicæ ſeù Eccleſiaſticæ libertati minimè præiudicantia ſint, Rectoris dictæ Ciuitatis aſſenſu in præmiſſis interueniente ædere & introducere poſſint auctoritate prædicta concedimus poteſtatem, * ac volumus & mandamus, vt ſinguli in dicta Ciuitate deputati, vel in futurum deputandi officiales Rector ſcilicet & Vicarius de per eos & eorum familiam adminiſtratis, & geſtis anno quolibet rationem reddere, & ad ſindicatum ſtare debeant. [Nec in eadem Ciuitate quiſquam qui ciuis aut Incola ſeù habitator eiuſdem fuerit, in dictis Vicariatus, Rectoratus, ac etiã Mareſcalcatus Officijs deputari, aut per alium ſubſtitui poſſit, * Nos enim Communitatem ipſam, ac ſingulares vtriuſq; ſexus dictæ Ciuitatis perſonis à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijsq; Eccleſiaſticis ſentẽtijs cenſuris, & pœnis in eos ex quauis cauſa, vel occaſione in genere latis, ſeù promulgatis harum ſerie auctoritate etiam Apoſtolica abſoluimus, & abſolutos fore cenſemus, decernẽtes etiam Communitatem ſeù ſingulares illius perſonas nulli Regi ſeù Domino ſeculari ratione iuramenti ligij fidelitatis ſiuè Homagij præſtiti quoquo modo teneri, iuramenta huiuſmodi relaxantes, ac eoſdem ab eius obſeruatione plenariè abſoluentes, ſæpe dictę Communitati, & hominibus vt quoſcunq; Iudęos in dicta Ciuitate commorantes, vel in futurum commoraturos vt facilliùs à Chriſtianis diſcerni poſſint ad deferendum certum ſignum etiam inuitos per Iudices competentes cogere & compellere poſſint concedimus poteſtatem, * ac volumus & noſtræ intentionis fore declaramus, quod omnes primi Medij fructus, qui dùm vacatio beneficiorum cõtingit à Venerabili Fratre noſtro Archiepiſcopo Beneuentano percipiuntur, iuxta eiuſdem ac vnius dictæ Eccleſiæ Canonici arbitrium in reparationem fabricam, & augumentationem præfatæ Eccleſiæ cõuertantur, nec in vſus alios conuerti poſſint; ac demandamus inſuper, vt Archiepiſcopus præfatæ Ciuitatis pro tempore exiſtens quoſcunq; dictę Ciuitatis Eccleſiarum Rectores moneat, & pro poſſe inducat, vt iuxta earundem Eccleſiarum facultates ædificia reparent, & conſeruent, non obſtantibus conſtitutionibus, & or-

Officiales ad ſindicatũ ſtare debeãt, & qui ciuis fuerit nec ad Rectoris, aut Vicarij officiũ aſſumi poſſit.

Abſoluitur communitas à quibuſuis cenſuris, & iuramentis fidelitatis quibuſuis perſonis præſtitis.

Medij fructus beneficiorũ in reparationem & fabricam Eccleſie conuertãtur, & quod D. Archiepiſcopus curet, vt Eccleſiæ per illorũ Rectores reparentur.

dinationibus Apoſtolicis cęteriſq; cõtrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis, conceſſionis, applicationis, prohibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Mantuæ anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quadrigẽteſimo quinquageſimonono, nonis Septẽb. Pontificatus noſtri anno Secundo.

G. Lollius.

Pendet ſigill: plumbei cum cordula rubea, & gialla.

Gratis de mandato D.N. Papæ

P. de Vbertis.

Regiſtrata in Camera Apoſtolica.

Dilectis Filijs Octo Conſulibus, & Vniuerſitati Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

SIXTVS PAPA IIII.

DIlectæ filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Audiuimus Oratores veſtros, & intelleximus eaq; nobis veſtro nomine ſupplicarunt, Itaq; cum vobis peculiari dilectione proſequamur, & petitionibus veſtris, quo ad poſſumus annuere ſtudeamus, * tenore præſentium concedimus, vt bona quarumcunq; Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac curiæ temporalis, & Cameræ Apoſtolicæ iſtiùs noſtræ Ciuitatis poſſint & valeant, titulo permutationis in perpetuum ſicut antea conſueuerat, de Superioris licentia iuxta iuris diſpoſitionem frãca & libera Eccleſiaſtica videlicet per illorũ Abbates, Rectores, Conuentus, & alios ad quos ſpectat, temporalia verò per Theſaurarium dictæ Ciuitatis pro tempore exiſtentem locari & concedi, cum euidenti tamen vtilitate & augumento tam Eccleſiarũ, & Monaſteriorum, quàm curiæ & Cameræ huiuſmodi, * Prætereà quieti veſtro paterno ſtudio conſulere, & contentionũ fomenta de medio tollere cupientes particulam illam Bullæ fel. rec. Pij Papæ II. Prædeceſſoris noſtri ſuper Gabella Vini per Clericis exemptis editę apertiùs declarantes, ſtatuimus & ita limitamus vt ſe-

Bona Eccleſiarum & Cameræ Apoſtolicæ i emphiteuſim cõcedi poſſint.

Clerici ſunt exempti à gabella vini ꝑ quatuor ſalmis dũtaxat ꝑ ſingula buccã, & vide fo. 135.

vt ſecundùm quantitatem familię ipſorum Clericorum taxatio fiat,& quatuor dumtaxat ſalmę vini pro ſingula bucca in anno computantur, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunq;. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die 20. Iunij 1478. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

L. Grifus.

SIXTVS PAPA IIII.

Exẽptio pro hoſpitale ſãctiſſimæ Annunciatæ illiusq; rectoribus, perſonis,& bonis.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam;Paſtoralis officij ſollicitudo requirit,vt more Pij Patris circa ſtatum * hoſpitalium,& in eis pro tempore exiſtentium,pauperum,infirmorum,& aliarum miſerabilium perſonarum,taliter inuigilemus, quòd perſonę miſerabiles huiuſmodi ſublatis quorumuis extraneorum incommodum diſpendijs,ſuę vitæ ſtatum valeant,cum patientia & humilitate perferre;Sanè pro parte dilectorum filiorum Communitatis Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ nobis nuper exhibita petitio continebat,quòd licèt olim ad hoſpitale pauperum,quòd etiam vna cum Eccleſia ſua ſub vocabulo B.Mariæ Annunciatæ in dicta Ciuitate competenter fundatum, & dotatum exiſtit, & ad quod expoſiti deferuntur, inibiq; nutriuntur magna conſueuiſſet populi multitudo confluere, & pro pauperum, & expoſitorum huiuſmodi ſubſtentatione, largas eleemoſynas & pia legata relinquere conſueuerant, ipſumq; hoſpitale & eius Eccleſia prædicta in quaſi poſſeſſione exemptionis quodã modo fuerit, Adeo quod Archiepiſcopi pro tempore Beneuentani iuriſdictionem & præſertim exaptionẽ inibi minimè exercuerint,nihilominus tamen modernis temporibus hoſpitale,& Eccleſia prædicta tã in eleemoſynis,quàm legatis huiuſmodi plurimum ex eo detrimentũ, & diminutionem patitur, quòd Venerabilis Frater noſter Archiepiſcopus Beneuentanus in illo pro libito ſuo iuriſdictionẽ exercere,& de legatis eidem hoſpitali piè relictis quartam, ſeù canonicam portionem exigere nititur, propterq; ſui, olim filij heli ſua rapacitate detrahebãt,omnes à ſacrificio Dei,nunc populi ad dictũ hoſpitale decreſcit deuotio, & caritas refrigeſcit, & ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi hoſpitale ipſum, & eius

Eccleſia prędicta cum perſonis,rebus,ac iuribus,& pertinentijs ſuis ab omni ordinaria iuriſdictione,ſuperioritate,& auctoritate eximeretur,& Eccleſiæ Romanæ,& Sanctæ Sedi Apoſtolicæ dumtaxat immediatè ſubijceretur, & quod perpetuis futuris tēporibus hoſpitale ipſum & eius Eccleſia prædicta ad nullam quartam,ſeù aliam exaptionem,aut ſolutionem prætextu canonicæ portionis Archiepiſcopo Beneuentano,ſeù alteri ordinario ex eleemóſynis piæ oblatis, ſeù legatis eidem hoſpitali, & Eccleſię factis,ſeù in poſterum faciendis minimè teneretur,ſtatueretur,& ordinaretur,ſperandum eſſet, quod populi deuotio erga ipſum hoſpitale, ac pauperes & expoſitos prædictos reintegrari,ipſæq; in ſuis neceſſitatibus plurimū ſuſcipere deberent releuamen; Quare pro parte Communitatis prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt hoſpitale prædictum eiusq́ue Eccleſiam huiuſmodi vna cum Rectoribus, rebus & perſonis ſuis ab omni ordinaria iuriſdictione,& ſuperioritate & auctoritate eximere,ac nobis & ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubijcere, aliasq́; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur cupientes,vt Chriſtifideles omnes per noſtræ operationis miſterium ad opera caritatis in dies magis accedantur, & pauperes ac miſerabiles perſonæ in ſuis neceſſitatibus ſubleuentur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,hoſpitale prædictum,cùm illiùs rectoribus, perſonis rebus, bonis,iuribus,& pertinentijs eiuſdem, ab omni iuriſdictione & poteſtate Archiepiſcopi Beneuentani,qui pro tempore fuerint, & aliorum ordinariorum Iudicum quorumcunq; auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium eximimus, & etiam liberamus, ac ſub B. Petri & Sedis Apoſtolicæ atq́; eiuſdem Eccleſiæ atq; noſtra protectione ſuſcipimus, ac exemptos exemptas & exempta,immunè,immunes,& immunia,ac liberū liberos,& libera eſſe volumus, ac dictæ Sedi immediatè ſubeſſe, Ita quòd Archiepiſcopi, & Iudices ſupradicti ratione delicti, ſeù contracti,aut rei de qua ageretur, vbicunq; committatur delictum iniatur contractus,aut res ipſa conſiſtat,nullam in hoſpitale,rectores,perſonas,res,bona,iura, & pertinentias prædictas poſſint iuriſdictionem,poteſtatem,ſeù dominium exercere,ſed

re,ſed dumtaxat coram dictá ſede,vel eius delegatis teneantur de iuſtitia reſpondere; Quodq́; hoſpitale,Rectores, & perſonæ huiuſmodi ex quibuſuis eleemoſynis, legatis, ſeù alijs relictis, nec ad quartam, nec ad aliam ſolutionem occaſione canonicæ portionis eidem Archiepiſcopo, aut alteri cuicunque perſonæ Eccleſiaſticæ,ſeù pio loco ſoluendam,vel exhibendam minimè teneatur, nec præmiſſorum occaſione ab eis quicquam exigi poſſit auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, pariter & ordinamus,fel.rec. Innocentij Papæ IIII. Prædeceſſoris noſtri,& alia qualibet Apoſtolica conſtitutione contraria non obſtante; decernimus inſuper omnes & ſingulos proceſſus, & excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti ſententias quos, & quas contra hoſpitale,perſonas,res,& bona prædicta haberi contingerit,ſeù etiam promulgari, irritos & inanes, nulliusque roboris vel momenti,Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis,liberationis, ſuſceptionis, voluntatis,cóſtitutionis,ordinationis,& decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerint incurſurum. Dat. Romæ Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo Octauo, quinto Idus Iunij Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Iunij LX. A. de Vrbino.
N.de Gomfredis. Al.de Maffeis.
B.de Ficentis, Io. de Noueto.
P.Garnandi &c.

Dilectis Filijs Theſaurario, & octo Conſulibus, & Vniuerſitati Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

SIXTVS PAPA IIII.

Dilecte filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecte filij Capitulum,& Clerus Beneuentanus in Camera Apoſtolica exponi fecerunt,quod vigore cuiuſdā breuis per nos conſultum,ſiuè deliberatum extitit, quòd ipſi ad ſolutionē Gabellarum vini certo modo & forma iniuſtè cogantur,& etiā intelle-

Clerici tenētur ad inſtar laicorū ſoluere gabellā vini q̄ lucri, & mercimonij gratia hīent.

intelleximus,quia ſuper hoc ſcripſiſti tu Theſaurarie,tandem ea re in Camera examinata,quòd Capitulum & Clerus prædicti quo ad huiuſmodi onera de iure non cenſentur,eo iure quo laici,ſed ab eis ſunt immunes,& immunitate Eccleſiaſticis perſonis conceſſa gaudere debent, volumus & decreuimus, quod pro vino & alijs fructibus peruenientibus ex beneficijs & ſimiliter eorum bonis patrimonialibus & ſpecialiter ratione perſonarum ſuarum ſibi ſpectantibus,& recolligēdis de proprijs bonis tam in intromittendo,quàm etiam in vendendo, dummodo non ad minutum, & in Tabernis per ſe, vel alios vendant, aut quouis modo fraudem committant nullatenus aſtringi aut aliter cogi, vel exigi ab eis aliquid poſſit, Si vero vinum huiuſmodi tenerēt pro vſu aut neceſſitate eorum ad ſolutionem gabellæ nolumus eos compelli,ſi verò lucri & mercimonij gratia illud emerent & venderent, vel aliàs contractarent, tunc eos cogi volumus & mandamus ad ſoluendam debitam gabellam ad inſtar cæterorum laicorum iſtius Ciuitatis; & ita omninò ſeruari volumus,& mandamus; non obſtantibus præmiſſo breui,cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat.Romę apud Sanctum Petrū ſub Annulo Piſcatoris,die 28.Octob. M.CCCCLXXX. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

L. Griſus.

Dilectis Filijs Octo Conſulibus, & Communi Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

IVLIVS PAPA II.

Dilecte filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Promeretur veſtra in nos & Apoſtolicam Sedem fidei & deuotionis ſpectata ſinceritas atq; conſtantia,vt ea vobis fauorabiliter concedamus, quæ vobis conſpicimus opportuna, dilectorum atq; filiorum Baldeſaris Archidiaconi Beneuentani, & Iulij de Morra Oratorum veſtrorum veſtro nobis ſuper hoc nomine humiliter ſupplicatum petitionibus annuētes: * Priuilegium per fel.rec.Pium Papam II. Prædeceſſorem noſtrum de primis & ſecundis cauſis in Ciuitate veſtra, & non alibi cognoſcendis vobis conceſſum, tenore præſentium auctoritate Apoſtoli-

Cōfirmatur priuilegium Pij Papæ II. de primis, & ſecundis cauſis extra ciuitatem nō cognoſcendis.

Apoſtolica confirmamus, & quatenus opus ſit de nouo vobis concedimus, vt primæ, & ſecundæ cauſæ non alibi, quàm in Ciuitate veſtra cognoſci debeant: Decernentes irritum, & quicquid ſecus quauis auctoritate contingerit attentari, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Bononiæ ſub Annulo Piſcatoris, die 29. Nouembris M. D. X. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Sigiſmundus.

Dilectis Filijs Communitati, & hominibus Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

LEO PAPA X.

DIlecti filij ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem: Exponi nobis nuper feciſtis, quòd licèt in Ciuitate noſtra Beneuentana pro illius conſeruatione, augumẽto, decore & venuſtate, aliqui probi & honeſti viri, quorum opera, & induſtria Reipublicæ veſtræ vtiles & etiam fructuosè eſſe poſſe exiſtimãtur, per eos, ad quos ſpectat in Ciues recipiantur, admittantur, creentur, & fiant, plenaq; in omnibus ciuilitate & Ciuium denominatione prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibusque donentur: Et præterea quo ad id nulla inter eos ſic nouiter receptos, & antiquos eiuſdem Ciuitatis ciues indigenos eſſe debent differentia, temen præfati noui Ciues ſuper exemptionibus, & immunitatibus, ac forſan alijs præmiſſis à diuerſis perſonis præcipuè collectoribus gabellarum, ſeù aliorum onerum & exaptionum, à quibus Ciues Beneuentani pro tempore exiſtẽtes, liberi & immunes exiſtunt, ſuper gabellarum & aliorum onerum huiuſmodi ſolutione, & alios paſſim moleſtentur, inquietantur, & perturbantur, quo fit, vt multi boni viri, qui veſtrorum ciuium conſortio ſe libenter adiungerent, ab eorum propoſito facile retrahatur, in veſtrum & dictæ Ciuitatis ciuiũ fœlix ſtatus, & in multorum predictorum ciuium quorum bona ex parte conſiſtit, præiuditium non modicum & iacturam; Quare veſtro nomine nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prouidere vobis in præmiſſis de benignitate Apoſtolica dignare-

S mur,

Ciues nouiter recepti p̃prium domicilium in Ciuitate fouẽtes eiſdem exemptionibus, & prærogatiuis gaudeant quibus antiqui, & originarij ciues potiuntur.

Inibitio contra ciues p̃dictos molueſtantes.

mur, * Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, atq; decernimus, quòd noui Ciues dictæ Ciuitatis qui nunc ſunt, & pro tẽpore fuerint, proprium tamen in dicta Ciuitate fouentes domicilium, eiſdem prorſus prærogatiuis, immunitatibus, & exẽptionibus quibus antiqui, & originarij Ciues Ciuitatis eiuſdẽ vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vtantur, potiuntur, & gaudeant, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in dicta Ciuitate ipſi eorũque genitores nati fuiſſent, * Diſtrictiùs inhibentes ſub excommunicationis pœna, & mille florenorum auri fiſco Apoſtolico ipſo facto applicandorum pœna, modernis & pro tempore exiſtentibus gabellarum & aliorum onerum, ac exaptionum huiuſmodi collectoribus, & quibuſuis alijs publicis perſonis & officialibus, nè contra declarationẽm & decretum noſtrum prædictum, etiam cuiuſuis quantùmlibet lõgi temporis conſuetudinis, quàm pœnitus reprobamus, prætextu, aut aliàs in dictorum nouorum Ciuium præiuditium quicquam de cætero attentare præſumant, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Ciuitatis etiam iuramento cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quibus omnibus illis aliàs in ſuo robore permanſuris ſpecialiter & expreſsè harum ſerie derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 29. Maij M. D. XIII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

La. Sadoletus.

Dilectis Filijs Communitati, & hominibus Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

ADRIANVS PAPA VI.

Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Inter aliàs noſtras & S.R.E. Ciuitatis & loca Vrbem iſtam tum vetuſtate tum principalibus egregijs dotibus inſignem ac præcipuè ob eiuſdem erga nos, & hanc ſanctam ſedem deuotionem,

tionem & obſeruantiam paterna dilectione proſequimur, quo fit vt eiuſdem quieti tranquillitati, & commodis quantùm cùm Deo poſſumus, libenter ſtudeamus, Idcirco veſtigijs Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum quantùm nobis ex alto conceditur inhærere cupientes, humilibus quam pro parte veſtra ſupplicationibus nobis per dilectos filios Iacobum Maſcambronum, & Ioannem Capoblancum oratores veſtros porrectis, inclinati, * omnia & ſingula ſtatuta, priuilegia, immunitates, exemptiones, reformationes, & indulta, vobis per præfatos noſtros, & eorum quemlibet quomodolibet conceſſa, confirmata, & innouata illorum tenores perinde, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerentur pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, quatenus illa in viridi obſeruantia ſint, harũ ſerie auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, Mãdantes ſub indignationis noſtræ pœna ea omnia & ſingula per omnes ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari debere, * Inſuper cupientes vt res & bona iſtiùs Vniuerſitatis veſtræ integra, & illæſa ſeruentur, ſtatuimus & ordinamus, quod Gubernatores ſeù Locatenentes dictæ Ciuitatis pro tempore exiſtentes in quibuſuis rebus & bonis ad dictam vniuerſitatem quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus vbi de Sedis Apoſtolicæ intereſſe, aut quietum, & pacificum ſtatum ad Regimen ipſius concernentibus nõ agatur, ſeſe nullatenus intromittãt, * Quicq; Gubernatores, ſeù Locatenentes ipſi in fine eorum officij iuxta literarum fæl. rec. Iulij Papæ II. prædeceſſoris noſtri ſuper ſindicatu officialium æditas ſindicari debeant, & omninò ſindicentur, vt ſcilicet de adminiſtrationibus ſuis debitam rationem reddant; Et cùm per oratores veſtros præfatos nobis expoſitum ſit, quòd dicti Gubernatores ſeù Locatenentes Conſilium, ſeù parlamentum cùm dicta vniuerſitate in arce, & non in loco publico & conſueto conuocare, & facere conentur, Et propterea ſuffragia Ciuium libera eſſe non poſſint, quãdo quidem Ciues ipſi timore dictorum Gubernatorum perculſi, conceptum mentis ſuæ exprimere non audeant, quicq; præfati Gubernatores ſigillum dictæ vniuerſitatis, ac eiuſdem priuilegia pœnes ſe detinere & occupare tentent, Nos ſicuti par eſt, vo-

Confirmat priuilegia, & immunitates aliàs cõceſſas

Gubernatoris in rebus ad communitatem ſpectãtibus vbi non agitur de cõcernentibus Sedis Apoſtolicæ intereſſe ad regimẽ aut quietum & pacificum ſtatum ipſiùs nullatenus ſe intromittãt.

Gubernatores, ſiuè Locatenentes ſtent ſindicatui.

Gubernatores, ſeù Locatenentes nõ valeant cõſilium alibi q̃ in loco conſueto conuocare, niſi tẽporum, & negociorũ qualitas id exigeret, quod ſigillum cõmunitatis pęnes ipſam ſemper exiſtat.

lentes deſuper opportunè prouidere, * volumus, quòd Gubernatores, ſeù Locatenentes huiuſmodi Ciues prædictæ Ciuitatis ad Conſilium ſeù parlamentum huiuſmodi alibi quàm in loco conſueto conuocare non valeant, niſi temporum & negotiorum qualitas id exegerit, quodq́; ſigillum prædictum pœnes vniuerſitatem præfatam ſemper exiſtat, nec per Gubernatores, aut Locatenentes huiuſmodi vllo modo occupetur, præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq́; in contrarium facientibus, non obſtãtibus quibuſcunq;. Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Aprilis M. D. XXIII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

T. He. Zius.

Dilectis filijs Communitati, & hominibus Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

PAVLVS PAPA III.

DIlecte filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Deuotionis affectus & fidei conſtantia quibus nos & Romaná reueremini Eccleſiam promerentur, vt vos ſpeciali Beniuolentia & protectionis munime proſequamur, Cupientes itaq́; iſtius noſtræ Ciuitatis Beneuentanæ tranquillitati fœliciq́; regimini & ſucceſſui ſalubriter prouidere, ac peruerſorũ temerarios auſus reprimere, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, * auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus & ordinamus, quòd quicunque in dicta Ciuitate aut eius Territorio & diſtrictũ aliquem vulnerauerit, aut alapa ſeù fuſtibus percuſſerit, vltra pecuniarum quàm propterea incurrerit, etiam exilij ad triennium pęna irremiſſibiliter puniatur, niſi pacem ab offenſo habuerit, vel ad ſui defenſionem id feciſſe probauerit, in quo caſu habitè pacis Gubernator eius Ciuitatis pœnam Exilij huiuſmodi arbitrio ſuo moderari etiam in totum poſſit, quando autem probabitur id ad defenſionem, vt præfertur fuiſſe factum ius commune ſeruetur & ſtatutorum; * Et inſuper quòd officium Mareſcalli per ſubſtitutum exerceri nequeat, ſed illud pro tempore obtinens id per ſeipſum exercere

Aliquẽ percutiẽs vltra pęnam pecuniariam ad triẽniũ exuletur niſi pacem ab offenſo habuerit, niſi ad ſui defenſionẽ feciſſe probauerit.

Baricellus officiũ p ſubſtitutũ exercere nõ valeat qui 12. milites habere debeat.

cere debeat, Alioquin ſalario & prouiſione ſibi debitis careat, & nihilominus alius eius loco idoneus per Gubernatorem ipſius Ciuitatis pro tempore exiſtentem ſubrogari,& tali ſubrogato prouiſio, & ſalarium debitum perſolui debeant, ac quod dictus Gubernator pro tempore exiſtẽs duodecim pedites, qui cum armis incedant, & Mareſcallo per Ciuitatem & alia loca vbi ipſum pro exequutione Iuſtitiæ accedere contigerit aſſiſtant,tenere debeat. * Quodq; Vicarius Temporalis dictæ Ciuitatis,vt iuſtitiam in dicta Ciuitate liberiùs & abſque reſpectu exercere debeat,à Sede Apoſtolica immediatè dependeat,& de cætero per eandem ſedem cum emolumentis & ſalarijs conſuetis deputari debeat, * & idem Vicarius temporalis cauſas ſummam & valorem duorum ducatorum auri non excedentes, prout ſibi videbitur ſummariè, & ſinè ſcriptis manu Regia, & abſque tela Iudiciaria & partium expenſis audire, & ſola facti veritate inſpecta decidere & terminare poſſit,& debeat,* quodque vos, & pro tempore exiſtentes ipſiùs Ciuitatis Conſules prærogatiuis,& immunitatibus conſuetis gaudere,nec coram aliquo officiali eorum Magiſtratu durante ciuiliter, vel criminaliter dummodo de pœna capitali, aut perturbatione ſtatus eiuſdem Ciuitatis non agatur, conuenire debeatis aut poſſitis, * & quod ſingulis nundinis & mercatis nuncupatis in dicta Ciuitate fieri ſolitis durantibus iuriſdictio in exteros tantùm dũmodò pœna corporis afflictiua non veniat imponenda,cum ipſius iuriſdictionis prouentibus, & emolumentis ſinè tamẽ præiuditio moderni Gubernatoris dictæ Ciuitatis,quo ad Prouentus & emolumenta prædicta ad Ciuitatem pertineat: mandantes Venerabili Fratri Archiepiſcopo Beneuentano, ac dilectis filijs Abbati Monaſterij S.Modeſti Beneueñ,ac Vicario præfati Archiepiſcopi Beneuentani in ſpiritualibus generali, quatenus ipſi,vel duo aut vnus eorum per ſe,vel alium ſeù alios præſentes literas,& in eis contenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti ſolemniter publicantes,ac vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant, auctoritate noſtra præſentes literas & in eis contenta quæcunque inuiolabiliter obſeruari contradictores

quoſlibet

Vicarius temporalis ſit immediatè à Sede Apoſtolica dependeat.

Vicarius cãs valorẽ duorũ ducatorũ auri non excedentes ſummariè,& ſinè ſcriptis & partiũ expenſis terminare debeat.

Cõſules magiſtratu durãte nec ciuiliter, nec criminaliter dũ modo de pœna capitali, aut perturbatione ſtatus Ciuitatis nõ agatur conueniri non poſſint.

Quod ſingulis nundinis iuriſdictionẽ in exteros exerceãt dummodo pœna corporis afflictiua non veniat imponẽda & emolumenta ſeu prouentus inde prouenĩetes ad Ciuitatẽ pertineant.

quoſlibet etiam per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac dictæ Ciuitatis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegijs, quoq; indultis, & literis Apoſtolicis,ſub quibuſcunq; tenoribus & formis,ac cum quibuſcunq; clauſulis,& decretis,quomodolibet conceſſis,confirmatis, & innouatis, contrarijs quibuſcunq;, aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indultu huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Nouembris M. D. XXXIX. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Bloſius.

CONFIRMATIONE DI DECRETI, ET ORdini, che ad inſtanza della fideliſſima Città di Beneuento, & per il ben publico della Communità,ſi ſupplica à N.S. per li deuotiſſimi ſerui di Sua Beatitudine, Thomaſo Controbiero Archidiacono, Gio. Thomaſi Sauariano Conſole, & Scipione Perotto Theſauriero, Oratori d'eſſa Città.

1 INprimis, atteſo in la Città predetta ſono alcuni Magiſtrati de honori & peſi,& per togliere ogni difficoltà,differenze,& ſcandali, che poteſſero naſcere dalla precedenza di quelli,tanto trà Nobili,come altri,la Città hà fatto conſiliariter decreto,che ſenza riſpetto di famiglia più nobile, & manco nobile,habbia à precedere la maggiore etade.

Placet S. D. N. in quolibet ordine tam Nobilium, quàm mercatorum, vel aliorum, maiorem natu cæteris eiuſdem ordinis præcedere.

2 Item che in la elettione del nuouo Conſeglio, ſe poſſano nominare per Nobile tutte quelle caſate, che per lo paſſato più

più volte ſono ſtate paſſate per Nobile, & che hoggi ſi trouano in Conſeglio per Nobili.

Placet Sanctiſſimo D.N. illas tantùm familias pro Nobilibus inter Conſultores nominari poſſe, quæ hactenus pro Nobilibus habitæ ſunt.

3 Item che delli Nobili futuri per Arme, lettere, ò dignità equeſtre, non poſſano nominarſi dalli Elettori delli nuoui Conſegli per Nobili, ſe non paſſati tre anni dopò la loro acquiſita nobiltà, & con volontà della maggior parte delli Nobili che à quel tempo ſe ritroueranno in lo Conſeglio, & in tale elettione, ſeù nominatione ſe debbiano dare le voci ſecrete, ſupplicare S. Santità nè facci gratia confirmare detto Decreto, da oſſeruarſi inuiolabiliter, ſub pœna Excommunicationis, & Ducatorum auri mille.

Placet S. D. N.

4 Item, atteſo che la Città hà fatto Decreto, che niuno poſſi, nè debbia hauere doi offitij ad vn medeſmo tempo, ſupplicare S. Santità, nè facci gratia confirmare detto decreto ſub pęnis, & cenſuris. Placet Sanctiſſimo D. N. Excepto, ſi alterum ex dictis Offitijs, pro pia cauſa Eccleſiarum Hoſpitalium, Pupillorum, Viduarum, & ſimilium iniunctum fuerit, vel iniungatur, pœna quinquaginta ſcutorū Electoribus, & Offitiali ipſo facto tenore præſentium inflicta, ſi ad plura Officia aliquem elegerint, vel ipſe Officialis acceptauerit.

5 Item, atteſo in la Città ſono alcuni Offitij, quali ſe ſogliano anno quolibet, diſtribuirſi à diuerſi Cittadini, & auanti che vachino, ſe ſogliano mendicare i ſuffragij per ottenere detti Offitij, ſupplicare S. Santità, accioche in la diſtributione di quelli non ſi penſi in altro, ſe non di darſi à perſone meriteuoli, & atti ad eſſercitio di detti Offitij, nè facci gratia de vna excommunica, ſub pęnis, & cenſuris, che nullo le poſſa dimandare, nè dimandati darſi voce in fauore di chi li dimanda: mà quelli dare ſenza ſuffragio alcuno à chi ſi conoſce più atto, & meriteuole vt ſupra, ſecondo la conſideratione di quelli l'hanno da eligere, & lo medeſmo s'intenda di quelli Offitij che ſogliano diſtribuire li Conſoli pro tempore, ſenza lo Conſeglio della Città, & che in qual ſi voglia elettione per euitare li odij, le voci, ſe habbiano à dare ſecrete.

6 Placet Sanctiſſimo D. N. ad remouendum Ciuium ambitum,

quòd

quòd quiſquis Officia petierit, vel petenti ſuffragia promiſerit, ſeù præſtiterit, Excommunicationis pœnam ipſo facto incurrat, & vlteriùs quodcunq; Communitatis Officium demandari, in præſentia Gubernatoris, ſuſcepto priùs ab Electoribus iuramento ſe conſulturos bono publico, nec alteriùs cauſæ intuitu quempiam nominaturos, vel electuros, & electionem perſonarum nominatarum probandam eſſe à maiori parte electorum ſuffragijs, in ſecreto pręſtitis.

7 Itẽ, attẽto che per lo Cõſeglio d'eſſa Città, è ſtato decretato che il Conſeglio d'eſſa, ogni doi anni ſe habbia da mutarſi tutto, ſupplicare S. Santità, nè facci gratia detto decreto firmarlo.

Placet S.D.N. hoc addito, quòd quilibet Conſultor, quotiens ad Conſilium vocatus fuerit, præſto ſit, & veniat hora ſtatuta; & ſi quis neglexerit, hoc eſt ſinè probabili cauſa abfuerit, duobus Tarenis mulctetur, Statutis, vel conſuetudinibus, non obſtantibus: quæ pœna Gubernatori applicetur.

8 Item, atteſo in la creatione de Capitani della Fraternità giurata, il Breue di S. Sãtità, vuole ſi debbano eleggere trentaſei per anni tre, & quelli imboſſolarli, & per ſorte, quolibet anno cauarne xij. da che naſce che niuno eletto Capitano può eſſere eletto al numero del Conſeglio più importante per lo decreto, che niuno poſſi hauere due Offitij, vt ſupra, ſupplicare S. Santità che gli piaccia moderare la particula per triennium, & dica per biennium, da cauarſi à ſorte, & li vltimi imboſſolati non habbiano ad eſſere più Capitani, mà quelli accadendo eſſere eletti al Conſeglio, l'elettiõ ſia ben fatta, e queſto per hauer più larga via d'eleggere perſone atte al regimento, & che detta creatione de noui Capitani non ſi poſſi nè debbia fare da altri che dal Conſeglio di detta Città, vna con li Capitani pro tempore, & in Domo Conſilij, & in quel dì medeſmo ò otto di auanti la creatione del Conſeglio nuouo ſi habbiano da creare detti Capitani.

Placet Sanctiſſimo D. N. quòd noui Capitanei quotannis per Conſilium, & Capitaneos veteres eligantur, & ne copia noui Conſilij anguſtetur; Mandat Officium huiuſmodi quolibet anno, in die Epiphaniæ eligi & publicari, electionis ſuffragijs in ſecreto præſtitis, & vlteriùs, quia Armorum delatio tam in eiſdem Capitaneis, quàm cęteris Conſeruatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, ad tuendam

tantum-

tantummodo ipſius Ciuitatis pacem à fæl.rec.Clemente Papa VII. indulta fuit, Idcirco nè indultum huiuſmodi in perniciem Ciuium conuertatur, Mandat Sanctiſſimus D. N. quòd ſi quis eorum aliquem ex ſua priuata cauſa,& citra ſui defenſionem, enſe euaginato,vel alio Armorum genere percuſſerit,illico vltra aliàs pœnas eidem infligendas ab ipſo Capitaneorum,vel Conſeruatorum numero ſegregetur,& de cætero ad id inhabilis cenſeatur, pœna centum Ducatorum ipſo facto Gubernatori inflicta, ſi percuſſorem huiuſmodi à dicto numero Conſeruatorum non expulerit, nec inabilem reputauerit,quæ pœna pro medietate Cameræ Apoſtolicæ, & pro altera fabricæ Sacelli ipſorum Conſeruatorum applicetur.

9 Item, ſupplicare S.Santità ne facci gratia,che tutti i Gouernatori,Vicarij ſpirituali,& temporali,finito loro Offitio,habbino à ſtare al ſindicato, & non poſſano à condennatione appellare, niſi deponant,vel caueant pro quantitate condemnationis.

Placet Sanctiſſimo D. N. quòd Gubernator, & cæteri Offitiales temporales, poſt eorum Offitium,coram Gubernatore ſindicentur, cum interuentu,ac voto duorum per Conſilium deputandorum, ex numero illorum, qui Offitiali Sindicando ſuſpecti non fuerunt: ſpirituales verò,iuxta formam iuris communis à Superioribus ſindicentur.

10 Item, ſupplicare Sua Santità ne facci gratia, che tutti li Offitiali della Città, come ſono Conſoli, Sindici, Theſaurerij, Capitani, Maeſtri mercati, Giudici de mercati,finito eorum Offitio,habbiano à ſtare al ſindicato,& dare conto de eorum adminiſtratis auanti lo Gouernatore della Città,& doi da deputarſi dal Conſeglio d'eſſa Città,& ſe ne facci banno, acciò venghi à notitia de tutti quelli, ſe ſentiſſero grauati, & voleſſero dare querele.

Placet Sanctiſſimo D.N. ſeruata forma Sindicatorum præcedentis Capituli.

11 Item,ſupplicare Sua Santità ne facci gratia,che quelli che ſaranno creati Capitani de Frati giurati per anni quattro dopò finito il loro Offitio, non ſi poſſino eleggere al medeſmo Offitio.

Placet Sanctiſſimo D. N. Quòd Capitanei, & cæteri Magiſtratus, ac Officiales, qui ab ipſa Communitate creati fuerint poſt eorum Officium biennio eiuſdem Officij vacationem habeant.

T Item,

12 Item, atteſo la Città ſuole prouedere quolibet anno, alli Conuenti d'eſſa Città, de Procuratori, & fautori di quelli, acciò le loro entrate, & facende vadino per buon camino, ſupplicare S. Santità ne facci gratia ordinare, che detti Procuratori ſiano accettati da detti Conuenti, & con loro interuento, ſi vedano introiti, & exiti, & ſi facciano contratti de conceſſioni, & ogn'altro che tocca l'vtile de ſudetti conuenti.

Placet S. D. N. quòd ordinarius vocatis Conſulibus Communitatis & dictis Conuentibus ſe informet, & quid ipſis expedire videbitur prouideat, vel ſuæ Sanctitati reſcribat.

13 Item ſupplicare S. Santità ne facci gratia che in la Città non ſi poſſano creare Notarij, ſe prima non ſono approbati dalla maggior parte del Conſeglio d'eſſa Città con voci ſecrete.

Placet S. D. N. quòd Gubernator conſtituat collegium Notariorum, per quod cæteri omnes qui Notarios fieri intendunt, cum interuentu & de voto præfati Gubernatoris examinari, & quatenus idoneus ſit in Notarium creare debeant. Hoc addito quòd quilibet Notarius ipſius Ciuitatis Protocollum conficiat, qui ſit Liber bene ordinatus numero ad minus centum foliorum, in quo dietim inſtrumenta publica de quibus rogatus fuerit, annotentur ſub pœna quinquaginta Scutorum eidem inflicta, ſi ſecus fiet.

14 Item ſupplicare Sua Santità ne facci gratia ordinare, che quelli confugeſſero in la Città per debito non ſi poſſano aſſicurare ſe non ſi moſtra almeno per doi meſi auanti loro confugio hauere contratto i debiti, acciò ſi euiti ſuſpitione di fraude per arrobbare, & non per altri caſi.

Placet S. D. N. nullum debitorem ciuilem ex cauſa depoſiti, vel Pupillorum, Viduarum, Miſerabilium perſonarum, vel piorum locorum tuto in ipſa Ciuitate commorari poſſe, cæteri autem poſt ſemeſtre tantùm quo debita contraxerunt, & niſi foro ipſius Ciuitatis ſe ſe ſubiecerint tuto ad eam confugiant.

15 Item attento dalla Città predetta è ſtato fatto decreto & ſtatuto del tenore ſeguente, videlicet. In Dei nomine Amen. Die vltima Maij 1548. Coram Reuerendo & Excellente Domino Sebaſtiano Martio S. D. N. in Ciuitate Beneuenti Locumtenente congregati in Arce dictæ Ciuitatis Magnifici DD. octo Conſules, necnon Domini

mini Capitanei Conſeruatores Eccleſiaſticæ libertatis.

Et conſiderantes in primis, vt dixerunt, quòd ex libero & tuto acceſſu ad ipſam Ciuitatem, quo delinquentes & Banniti Regni Siciliæ citra Pharum, vt ſuorum delictorum pœnas euadant, quotidie abutuntur, nedum Ciuitas ipſa nefarijs hominibus repletur, verum etiam multotiens illorum ſeditionibus, & animi nequitia bonorum Ciuium quies turbatur. Quo circa ſtudentes vt eorum maximè incumbit officio, tranquillitatem dictæ Ciuitatis tueri; auctoritate Apoſtolica, quæ aliàs à fæl. rec. Clemente VII. in Breue institutionis Collegij prædictorum Capitaneorum attributa fuit, vnanimi deliberatione, & cum expreſſa auctoritate & conſenſu præfati Domini Gubernatoris in vim perpetuæ legis ſtatuerunt & promulgarunt ordinationes infraſcriptas, ſaluo Sanctæ Sedis Apoſtolicæ aſſenſu.

16 In primis quòd nullus exterus, qui in Regno Siciliæ citra Pharum deliquit, vel in futurum deliquerit, ſeù quouis crimine diffamatus vel bannitus fuit vel fuerit, in Ciuitate Beneuenti eiusue Territorio & diſtrictu tuto recipi, vel commorari poſſit, niſi per literas, vel ordinationes S.D.N. vel aliorum Vrbis Superiorum id expreſsè indultum fuerit: quarum literarum exequutio in Conſilio Ciuitatis prius proponi opporteat: Et ſi bono publico expedire videbitur, de ea prius Superiores conſulere, interim differatur, conſilij voto in primis diſcuſſu per ſecreta Conſultorum ſuffragia.

Quò verò ad petita ſuper delinquentibus exteris, qui Beneuentum confugiunt.

Placet Sanctiſſimo D.N. Quòd de cætero, nullus exterus, qui in Regno Siciliæ citra, & vltra Pharum deliquerit, ſeù quouis crimine diffamatus, vel bannitus fuerit, in dicta Ciuitate, eiusue Territorio, & diſtrictu tuto recipi, vel commorari poſſit, niſi per litteras, vel ordinationem Suæ Sanctitatis, vel aliorum Vrbis Superiorum, id expreſsè indultum fuerit, vel niſi in dicta Ciuitate domicilium transtulerit, hoc eſt cum vxore, & liberis habitatum venerit, aut cum aliqua ex illiùs Ciuibus Matrimonium contraxerit, vel aliquã artem commertio Ciuitatis proficuam in domo propria, vel conducta per ſe ipſum, tanquam illiùs artis Magiſtrum in ipſa Ciuitate exerceat: Declarando, quòd ſi quis prætextu rei, cuius artis ſe

recipi inſteterit, Teneatur in primis, ſub pœna centum ſcutorum auri idoneæ cauere, Quòd infra quindecim dies præfatam artem in domo propria, vel conducta, ac aliàs per ſe ipſum tanquam artis Magiſtrum, vt præfertur, exercebit, præſteturq; ipſa cautio Gubernatori, & Conſulibus Ciuitatis, & portionibus vtrique applicetur irremiſſibiliter, ſub pœna priuationis officij, & quingentorum ſcutorum, ab ipſo Gubernatore in caſu contrauentionis exigenda.

17 Item, quòd ex delinquentibus, aut diffamatis, vel bannitis dicti Regni, qui hodie in ipſa Ciuitate recepti ſunt, vel in futurum, in caſu ſupradicto recipientur, nemo arma offenſiua, vel defenſiua geſtare poſſit: Nec etiam fines Territorij egredi audeat, niſi licentiam à Gubernatore, & ab octo Conſulibus obtinuerit, ſub pœna irremiſſibilis exilij, in quouis caſu præmiſſorum ipſo facto, tenore præſentium contrauenientibus inflicta.

18 Quiſquis autem, ex eis poſt publicationem præſentium qualecunq; delictum, in eodem Regno perpetrauerit, foro ipſius Ciuitatis ſubijciatur, & à Gubernatore, & eius curia, ac ſi in Territorio deliquiſſet inquiri, & puniri poſſit, pęna etiam perpetui exilij, eidem inflicta: & ſi in dicta Ciuitate, vel eius Territorio deliquerit, hoc eſt percuſſionem aliquam, vel grauem iniuriam verbalem alicui intulerit, aut mulierem pudicam attentauerit, furtumue fecerit, vel aliquod atrox ſcelus perpetrauerit, vel in præmiſſis opem præſtiterit; illico diffidatus cenſeatur, & vltra ipſius delicti pœnam, de cæteris etiam criminibus, de quibus affidatus fuerat inquiri, & puniri poſſit irremiſſibili etiam exilio ab ipſa Ciuitate eijcimus.

19 Item, quòd cæteri delinquentes, aut de aliquo crimine diffamati, aut banniti præfati Regni, qui contra tenorem præſentis Decreti, ad ipſam Ciuitatem, eiusue Territorium, & diſtrictum acceſſerint, ſi ſpatio 24. horarum ibidem moram traxerint, tam per curiam præfati Gubernatoris, quàm per alium quemcunq; capi poſſint, & de eorum criminibus in Regno perpetratis inquiri, & puniri, & alia pęna arbitrio Gubernatoris, fori incompetentia, nullatenus obſtante.

20 Supplicare Sua Santità ſia ſeruita à farne gratia detti Decreti, & Statuti confermare, acciò inuiolabilmente ſe habbia da oſſeruare.

Placet Sanctiſſimo D.N. hoc expreſſo, quòd Gubernator, nec ipſa Communitas per recaptionem eorum, qui iuxta tenorem ſupra-

dictorum

dictorum Capitulorum recipi poterunt, nullam pecuniarum quantitatem, nec alteriùs generis emolumenti recipiant, ſub pœna quingentorum ſcutorum.

21 Item, ſupplicare S. Santità ne facci gratia darne alcun Conſeruatore, & defenſore della giuriſdittione della Camera Apoſtolica in detta Città contra quelli che voleſſero occupare, ò in alcun modo trauagliare eſſa Città ſopra i confini, & Territorij d'eſſa, & contra ogn'altro Officiale Regio, che voleſſe repreſagliare, come già fanno del continuo contra ragione.

Placet Sanctiſſ. D. N. Quòd Reuerendus Pater Archiepiſcopus ipſius Ciuitatis, vel ipſius Vicarius, fines, & Territoria, necnon priuilegia, & indulta ipſius Ciuitatis conſeruet, libertatiq; Eccleſiaſticæ eiuſdem Ciuitatis conſulat: Ciuesq; tueatur contra quoſcunq; illos indebitè vexantes, cum ampliſſima facultate citandi, & inhibendi, etiam per edictum publicum, conſtito de non tuto acceſſu; contumáceſq; & rebelles cenſuris Eccleſiaſticis, & pęnis pecuniarijs coercendo, non obſtantibus quibuſcunque.

22 Item, ſupplicare S. Sãtità ne facci gratia ordinare che niuno Gouernatore, nè Vicario pro tempore, habbia da dare licenza che Cittadini habitanti, & commoranti in detta Città, ſi poſſano citare per valore de citationi, & ordini Regij, etiam cum clauſula hortantes.

Non placet Sanctiſſimo D. N. pro nunc.

23 Item ſupplicare S. Santità ne facci gratia, che dalli Conſoli pro tempore, non poſſino ſcriuerſi lettere à S. Santità, nè ad altri Superiori di Roma, nè al Vicerè del Regno, ſenza l'interuento d'otto, da deputarſi per lo Conſeglio della Città con voti ſecreti.

Placet Sanctiſſimo D. N. Hoc addito, quòd ſi tenor literarum tangat Statum Ciuitatis, ad nullum Principem ſecularem ſcribi poſſit, niſi de ſcientia, & conſenſu Gubernatoris.

24 Item ſupplicare S. Santità che niuno ſi poſſi creare Frate giurato, eccetto dal Conſeglio congregato, con interuento delli Capitani, & maggior parte d'eſſi.

Placet Sanctiſſimo D. N. Dummodo in præſentia, & cum voto Gubernatoris.

25 Item ſupplicare S. Santità attento ſi Gouernatori della Città, nõ obſtante le pegiarie, & giuramento di ſtare al Sindicato in fine Offi-

cij, ſi ſogliano partire ſenza licenza, nè ſtanno altramente al ſindicato, nè facci gratia ordinare che ſia detenuta la terza parte del ſuo ſalario ſino à tanto che ha complito al debito ſindicato.

Non placet Sanctiſſimo D. N. Sed in hoc procedatur, vt in præteritum fieri ſolitum eſt.

26 Item ſupplicare Sua Santità nè facci gratia confirmare vn'ordine, ſeù tela giudiciaria nouamente fatto dalla Città, per euitare li longhi trauagli delle liti: Et per più breuità commettere detta confirmatione in partibus.

Placet Sanctiſſimo D. N. Vt hoc caput confirmetur per Commiſſarium, ad hoc aliàs per Breue S. Sanctitatis deputandum. Datum Romæ 24. Octobris 1548.

A. Card. de Farneſio.

Franciſcus Gerardinus.

Dilectis Filijs Conſulibus, & Communitati Ciuitatis noſtræ Beneuenti.

PAVLVS PAPA III.

Dilecte filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Cùm vos nuper per Oratores veſtros quædam decreta, ſeù ordinationes pro bono publico iſtius Ciuitatis à vobis facta nobis offerri, vtq; illa auctoritate noſtra roborare vellemus: humiliter ſupplicari feceritis, Noſq; decreta ſeù ordinationes huiuſmodi per dilectum filium ſecundum carnem nepotem noſtrum Alexandrum S. Laurentij in Damaſo Diaconum Cardinalem de Farneſio nuncupatum S.R.E. Vicecancellariũ reuideri fecerimus; Ipſeq; Alexander Cardinalis de mandato noſtro ſibi viuę vocis oraculo deſuper facto decreta, ſeù ordinationes prædictas nonnulla ex eis limitando, moderando, & denegando, ſeù certis modo, & forma concedenda propria manu ſubſcripſerit, ac ſuo paruo ſigillo muniri fecerit: Nos igitur vt eadẽ decreta, & ordinationes maius robur, & pondus habeant, huiuſmodi veſtris precibus inclinati, ea omnia prout per dictum Alexandrum Cardinalem noſtro nomine cõceſſa, & ſubſcripta fuerunt, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia

confirma-

confirmamus, & ab his, ad quos ſpectat iuxta illorum tenores obſeruari debere decernimus, & mandamus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs non obſtan. quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 29. Octobris 1548. Pontificatus Noſtri Anno Quartodecimo.

Bloel. Fulgin.

Dilectis Filijs octo Conſulibus, & Conſilio, ac Populo Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

IVLIVS PAPA III.

DIlecte filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Probatæ fideĩ ſinceritas & illibatæ deuotionis affectus, quem ad nos & Romañ geritis Eccleſiam, indubiè promerentur, vt his, quæ ſtatu Communitatis veſtræ ſalubrius dirigeñ prouidè ordinata ſunt & aliàs à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus emanarunt, quo firmiora ſint, munimẽ noſtro confirmantes; illa vobis fauorabiliter concedamus, quæ eidem communitati vtilia fore conſpicimus, & opportuna. Sanè nobis nuper feciſtis, quòd aliàs vos filij octo Conſules, & conſilium cupientes longiores litium anfractus breuiare, ac colligantium diſpẽdijs occurrere, quãdam telam iudiciariam, quo ad eos, qui calumnioſè iudicia in longum protrahere nitebantur, in diſcuſſione cauſarum ſeruandam ediditis: Præterea cum Vineæ agri Beneuentani benedicente Domino vſq; adeo exeberarent, quòd deſuper abbundanti vino forenſibus copioſè ſuggeri poſſet, ſtatuiſtis & decreuiſtis, quod tunc de cætero nullus ſiuè Ciuis, ſiuè Accola, Ciuitatis eiuſdem, qui Vineas extra Territorium Beneuentanum non poſſideret, vina forenſia niſi dumtaxat pro vſu domus ſuæ hoc nihilominus cauponibus, & tabernarijs interdicto emere, vel empta aut etiam ſibi donata in Ciuitatem, vel Territorium huiuſmodi, exceptis illis, quæ ratione propriarum Vinearum extra Territorium huiuſmodi exiſtentium colligeret, tranſuehi facere, aut in locis publicis, ſeu priuatis tenere, vel vendere poſſet, prout in ſcripturis publicis deſuper confectis pleniùs dicitur cõtineri. Et quòd nonnulli Gubernatores & alij officiales Ciuitatis, & comitatus eorundem finito ſui officij tempore ſindicatui ſeſe exponere effugiunt, aut ſi ad illum cohibentur & condemnantur, ne pęnas

exoluant.

exoluant huiuſmodi condemnationem per appellationes, & alia ſubterfugia impediunt,& retardant,& etiam ſæpiùs Gubernatores,& alij officiales prædicti, in noua eorum deputatione ciues & alias perſonas præfatos commiſſiones exceſſuum, & delictorum per eos commiſſorũ ſiuè per ſententiam diffinitiuam, aut gratiosè per Superiores,vel aliàs eis factas habentes ſuper eiſdem exceſſibus,& delictis indebitè moleſtant,vel huiuſmodi gratias & abſolutiones pro leui & inefficaci cauſa retractare conantur. Quidq; Gubernator dictæ Ciuitatis pro tempore exiſtens, ad quem ex diſpoſitione ſtatutorum Ciuitatis eiuſdem Procuratoris Fiſcalis,ac Notarij cauſarum criminalium, qui vigore dictorum ſtatutorum Ciues Beneuentanos eſſe debent nominatio,cõfirmatio verò illorum ad vos ſpectat,& pertinet à certo tempore citra forenſes ad huiuſmodi officia ſinè auctoritate,aut confirmatione, vel conſenſu noſtro contra diſpoſitionem ſtatutorum huiuſmodi, ác antiquam conſuetudinem deputat & admittit, ac quòd in ipſa Ciuitate ciuium, & accolarum numerus auctore Domino pacis, & quietis amatore vſq; adeò ſuper exercuerint, vt iam vetus agrorum,& terrenorum mediocritas nequaquam ſatis ſit ad hoc vt ſinguli per agriculturæ induſtriam victum ſibi comparent, Nihilominus illorum pars forenſibus locatur & per eos conducitur & colitur, Vnde comitatus Beneueñ in cõfinibus à circumuicinis dominijs occupatis paſſim minuitur. Cæterùm Hebræi dictæ Ciuitatis horrea publica frumenti præter cõmunem vſum Hebræorum aliarum terrarũ habentes eo prætextu vſuras duplicatas facere non verentur. Quare nobis humiliter ſupplicare feciſtis, vt edictum & ſtatutum & decretum prædicta: Et inſuper priuilegia,gratias,conceſſiones,& indulta,per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros vobis hactenus conceſſa quo firmius ſubſiſtant, Sedis Apoſtolicę munimine roborari aliasq; vobis in pręmiſſis de opportunæ prouiſionis remedio prouidere, ac benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur votis veſtris benignè annuere volentes, ac vos & veſtrum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtis ad effectum præſeñ dumtaxat conſequeñ harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, Necnon edicti, ſtatuti, & decreti prædictorum tenores præſentibus pro expreſſis h abeñ huiuſmodi

iuſmodi ſupplicationibus inclinati edictum, ſtatutum, & decretũ præfata,& quatenus in vſu exiſtant, omnia & ſingula priuilegia,immunitates, libertates, exemptiones, prærogatiuas, ordinationes,gratias,& indulta vobis, & dictæ Ciuitati per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & dictam Sedem Apoſtolicam hactenus quomodolibet conceſſa auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Omnesq; & ſingulos tam iuris,quàm facti defectus ſiqui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus, illaq; omnia & ſingula perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur obtinere, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Et inſuper quòd ex nunc modernus, & de cætero in perpetuum Gubernatores cæteriq; officiales dictæ Ciuitatis illiusq; comitatus & Territorij cuiuſcunq; gradus & præheminẽtiæ etiam ſi perſonæ Eccleſiaſticæ fuerint, pro geſtis finito ſuo officio debito ſindicatui ſeſe debeant coram ſuccedẽte Gubernatore,& duobus de conſilio, quorum electio ad conſilium ſpectet & de biennio in biennium per buſſulam ad inſtar aliorum officialium ipſius Ciuitatis extrahantur. Et ſi eoſdem Gubernatores ſeù officiales, per dictos ſindicos condemnari cõtingat,ab ipſa condemnatione niſi facto reali depoſito totiùs ſummæ ad quam reſtituendam condemnati fuerint, nullatenus appellare poſſint,*ac quòd nullus ratione exceſſuum & aliorũ delictorum quantumlibet grauium,à quibus ſiuè per ſententiam diffinitiuam,aut gratiam ſuperiorum,vel aliàs iam abſolutus fuerit per nouos Gubernatores pro tempore exiſtentes legitima aliqua non ſubſiſtente cauſa moleſtari,vel perturbari,nec abſolutio,vel gratia ſibi deſuper conceſſa abſq; legitima cauſa huiuſmodi retractari,*nulluſq; ad Procuratoris fiſcalis,& Notariatus officia prædicta per dictum Gubernatorem,ſeù alium nominari neq; admitti poſſit,niſi iuxta ſtatuta prędicta eiuſdem Ciuitatis ciuis, vel per vos filij octo Conſules,& conſilium expreſsè approbatus exiſtat.*Quòdq; in quibuſuis locationibus, arrendationibus,& alijs conceſſionibus perpetuis,& temporalibus, ac etiam venditionibus agrorum,poſſeſſionum, aliorumq; bonorũ, & rerum immobilium quorumcunq; Ciuitatis, & comitatus prædictorum deinceps faciendis ciues prædicti pro pretio concurrenti quibuſuis forenſibus,& aduenis præferantur,& præferri debeant, & ad hoc agrorum,& bonorum eorundem Domini,quibus id ante locationes,arren-

dationes,& aliàs conceſſiones, ac venditiones huiuſmodi legitimè intimatum, ſeù ſi alter ad eorum notitiam id deductum fuerit omninò teneantur: cæterum hebræi Ciuitatis,& comitatus prædictorum quãtumlibet priuilegiati per ſe,vel alium,ſeù alios horrea,ſiuè magazena in eiſdem Ciuitate & comitatu publicè,vel occultè,directè,vel indirectè quouis quæſito colore,vel ingenio niſi pro proprio eorum vſu habere,aut frumentum,& aliud granum ad huiuſmodi effectum emere, vel vendere nequeant, auctoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus: mandantes Gubernatori Ciuitatis eiuſdē pro tempore exiſtenti,quatenus contra omnes, & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, gradus, conditionis, & Excellentię fuerint, qui præmiſſa poſt eorum publicationem reſpectiuè non ſeruauerint,procedat,ac vina forenſia præter vſum præmiſſum ementes & vendentes,necnon hebræos horrea, ſiuè magazena publicè, vel occultè habentes, vel frumētum,aut alium granum præter vſum domeſticum aliàs quouis modo retinentes etiam ſi priuilegiati fuerint, per amiſſionis ſingularium omnium mercium,& pecuniarias arbitrio ſuo, prout perſonarum & caſuum diuerſitas poſtulauerint, moderañ & Cameræ Apoſtolicæ pro vna & altera medietatibus dicto Gubernatori pro tempore exiſtēti eo ipſo irremiſſibiliter applicañ pœnas puniatur, non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,ac dictæ Ciuitatis iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſtitutionibus, legibus,communibus,& municipalibus,priuilegijs quoq; indultis,exemptionibus, & literis Apoſtolicis Ciuitati & Populo, ac etiam hebræis prædictis, ac alijs quibuſuis perſonis per quoſcunq; Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem prædictam etiam per viam generalis,legis,& ſtatuti perpetui, ac initi & ſtipulati contractus, ac aliàs ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq́; fortioribus,efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & alijs decretis in cōtrarium,quomodolibet etiam iteratis vicibus, ac pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis, etiam ſi in eis caueatur expreſsè,quòd illis nullatenus,aut non niſi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis derogari,aut derogatum cenſeri poſſit,quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq́; totis tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum

non

non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi pro ſufficiēter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ apud Sāctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Maij 1550. Pontific. Noſtri Anno Primo.

Bloel. Fulgin.

Dilectis Filijs Conſulibus, & hominibus Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ.

PIVS PAPA V.

Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Exigit veſtra in noſtram & Sanctam Romanam Eccleſiam fidei deuotioniſq; ſpectata ſinceritas, vt vos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequamur, veſtris itaq; per dilectos filios Ioānem Antonium de Rutijs, & Iacobum Ruſcium, ac Ioannē Andream Moſcatellam conciues, & oratores veſtros, quos ſanè viros patriæ amatores deq; cōmodis illiùs ſollicitos reperimus, & libenter audiuimus, humiliter porrectis in hac parte ſupplicationibus inclinati, * omnia & ſingula reformationes, ordinationes, capitula, & ſtatuta veſtra, quatenus ſint licita, & honeſta, & libertati Eccleſ. vel ſacris canonibus non contraria, ac etiam confraternitatem, vel ſocietatem trecentorum quinquaginta Ciuium fratrum iuratorum nuncupatorum ad Ciuitatis quietem de Superiorum licentia dudum iſti hic inſtitutam, eis, videlicet modo forma, & fratrum numero quibus prius inſtituta fuit, necnon priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, fauores, & indulta vobis hactenus conceſſa, & prout illa cōcernunt quaſue fæl. rec. Sixti Papæ IIII. ſuper exemptiones hoſpitalis, & Eccleſiæ Annunciationis B. Mariæ Virginis, quoad miniſtros neceſſarios, & actu dicto hoſpitali inſeruientes tantùm quatenus ſint in vſu, & non repugnent decretis Concilij Tridētini, & Pij II. ſuper ciuibus iſtiùs Ciuitatis in primis, & ſecūdis cauſarum inſtantijs extra ipſam Ciuitatem non extrahendis, &

* Confirmat ſtatuta, ac oīa priuilegia Ciuitati Beneuentanæ cōceſſa per ſummos Pontifi. Prædeceſſores ſuos, & pſertim literas Sixti iiij. ſuper exēptione hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ, & ēt literas Pij ij. de primis & ſecundis inſtantijs extra Ciuitatem non cognoſcendis.

aliorum quorumcunq; Romanorum Pontificum Prædeceſſorũ noſtrorum literas deſuper expeditas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis illarum omnium tenore præſentium pro ſufficienter expreſſis habentes, & inde ſequuta quæcunque

Gubernator valeat augere videlicet reformare numerum fratrum iuratorum.

dummodo licita, & honeſta ſint, nec in libertatis Eccleſiæ præiuditium tendant, prout iſthic vſq; adhuc obſeruata fuerunt, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: Et quoniam vt oratores ipſi nobis inſinuarunt aliquos

Fratres iurati arma tã in Ciuitate quã in ciuis diſtrictu geſtare valeant, nec id eis prohiberi poteſt niſi ex vrgentiſſima cauſa exprimenda.

abuſus in prædictam ſocietatem irrepſerũt, * Dilecto filio Indico tt. S. Adriani Presbyt. Cardinali de Aragona nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti Gubernatori Ciuitatis eiuſdem, committimus vt ſocietatem præfatam ad antiquum eius numerum prædictum reducere poſſit, & tam de præſenti, quàm deinceps ſi opus fuerit illos reformare, & ſi populi augmentũ id exigat, vſq; ad alios quinquaginta ſocios adducere, & tam numerus quàm electio ſociorum dicti Gubernatoris arbitrio re-

Socij pdicti p. Gubernatorẽ, ſeu alium officialẽ euocari non poſſint, ſi publica quies vllatenus turbarẽt nec in reliqs negotijs iuiti euocari poſſint niſi ipſe Gubernator ſeù Locumtenens perſonaliter interuenirer.

guletur, * ipſi verò ſocij armati tam in Ciuitate prædicta, quàm eius diſtrictu incedere, armaq; libere geſtare, nec id eis, vel eorũ aliquibus per ipſum Gubernatorem, vel eius Locumtenentem, aut alium iudicem temporalem prohiberi, nec aliter quàm omnibus abſq; alicuius perſonæ exceptione, idq; cum vrgentiſſima cauſa exprimenda vetari, * ſed neq; ſocij prædicti indicti per Gubernatorem, ac eius Locumtenentem, vel alium officialẽ temporalem, aut aliquod negotium euocari poſſint, ſi inde publica Ciuitatis quies vllatenus turbaretur in reliquis negotijs inuiti ſimiliter nequeant euocari, niſi ipſemet Gubernator, vel Locumtenens, ſeù officialis temporalis huic negotio perſonaliter interueniret, eiſdem auctoritate & tenore præſentium con-

Nullus bannitus, ſeù exules in eadem Ciuitate agẽtes aliquod armorum genus geſtare nu. dictorum ſociorum et ſi ciues creati fuerint aſcribi valeãt.

cedimus & indulgemus, perpetuo ſtatuentes & ordinantes, nè deinceps vllus, vel vlli exules, ſeù banniti * in eadem Ciuitate agentes cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & conditionis, vel dignitatis exiſtãt aliquod armorum genus per dictam Ciuitatem, vel eius territorium geſtare, neue dictorum ſociorum numero etiam ſi in Ciues Beneuẽtanos creati & recepti fuerint, licentiamq; ſuper hoc ab ipſo Gubernatore, vel eius Locumtenente quomo-

dolibet

dolibet habuerint portare, vel aſcribi valeant. * Præterea quod in poſterum nullus regnicola ad aliquod officium publicum dictę Ciuitatis aſſumi, vel recipi, nec quiſq; iſtic iuriſdictionem vltra annum, Vicarius autem curiæ ſæcularis ſuum Vicariatus officium vltra ſemeſtre, prout in alijs Eccleſiæ Romanæ in temporalibus ſubiectis ciuitatibus fieri ſolet nequaquam exercere, neq; quiſquam eorum ad priſtinum ſtatum officium infra triennium a die Sindicatus ſui computandum reaſſumi poſſint. Cùmq; per Vicarios curiæ tẽporalis prædictæ talis abuſus contra conſuetudinis antiquæ ſtatum & ſtatuta Ciuitatis introductus ſit, vt ſuo debito & ſtabilito ſalario non cõtenti pro ſingula petitione, vel minima inſtãtia etiam vbi ſcripturarum, vel foliorum reuolutione non eſt opus, acta confici & exhiberi mandent, ac quoties illorum inſpectio occurrerit totiens vnam monetam tari nũcupatam pro illorum reuiſione à partibus extorqueant, aliaq; grauamina pauperibus partibus aliàs inferre nõ vereantur, quòd deinceps ſtatuta, & ſtilus antiquus & cõſuetus dummodo per decennium in deſuetudinem non abierint, iſtic omninò obſeruentur, & quia nonnulli officiales dùm ſe ſuis fauoribus ſuffultos ſindicatum vitare poſſe ſperant, in officijs publicis ſibi commiſſis licentiosè nimis cum pauperum grauaminibus agere ſolent, * quòd dictæ Ciuitatis officiales tempore ſui officij finito ſeſe ſindicatui ſubmittere teneantur ipſo facto, nec à dicta Ciuitate recedere valeant, ſed perſonaliter comparere ibiq; permanere teneantur, donec abſolutionem reportauerint, vel condemnati plene ſatisfecerint, neq; ad appellationis beneficium admittatur niſi in criminalibus facto actuali depoſito, in ciuilibus vero data cautione condemnationis ſuæ, ita tamen vt Vicarius ipſę ſpiritualis coram competenti Iudice per nos deputãdo. Cæteri vero magiſtratus eorum ijs ad quos ſindicandi ius de conſuetudine pertinet ſindicetur.* Præterea quoniam ad publicam vtilitatem & maximè pauperum ſubleuamen pertinet cauſas præcipuè modici momenti ſummario iuditio terminari, quod omnes & ſingulæ cauſæ ſuper rebus ſummam, ſeù valorem decem ſcutorum non excedentibus iſthic mouendæ ſummariè, ac prout in beneficialibus cognoſci, & terminari, & vt

Nullus Regnicola ad officium publicũ aſſumi vel recipi poſſit, nec quiſquã iuriſdictioné vltra annum Vicarius autem curiæ tẽporalis vltra ſemeſtre exercere, nec dimiſſo officio infra triennium à die ſindicatus reaſſumi poſſit.

Officiales finito eorũ officio tenẽtur ſe ſindicatui ſubmittere, nec à ciuitate recedere niſi abſoluti, vel condẽnati ſatisfecerit nec eorũ appellationibus niſi facto actuali depoſito in criminalibus, in ciuilibus vero data cautione Vicarius tpalis coram deputando à Summo Põt. reliqui vero coram ijs ad quos de conſuetudine ſpectat ſidicanẽ.

Cauſæ ſũmã decẽ ſcutorũ nõ excedentes ſũmariè terminẽtur.

Quicunque ad ceſſioné bonorũ fuerit admiſſus teneatur palã birrectum viride deferre.

* & vt decoctorum fraudibus obuietur illiq; cũctis innoteſcãt, quod quicunq; ad ceſſionem bonorum conuolauerint biretum viride palam deferre debeant eiſdem moderno & pro tempore exiſtentibus Gubernatoribus eorumq; Locatenentibus,& alijs officialibus in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub indignationis noſtræ pœna diſtrictè pręcipiendo mandantes,quatenus cõceſſionem,indultum,ſtatum, ordinationem, & alia præmiſſa iuxta pręſentium tenorem,prout ad eos cõmuniter,vel diuiſim pertinet obſeruent,faciant,& exequantur,ac per alios quantum in ſe fuerit obſeruari adimpleri procurent, nos.n.ea inuiolabiliter obſeruari vobiſq; & cuiuſlibet veſtrũ ſuffragari,& ſic per quoſcunq; Iudices,& commiſſarios quauis auctoritate fungentes ẽt S.R.E. Cardinales & Legatos de latere iudicari & diffiniri debere,& quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter attentari contigerit,irritum & inane decernimus: Quo circa dilectis filijs venerabilis fratris Archiepiſcopo Beneuentano Vicario in ſpiritualibus generali, & Marco Antonio Alferio , & Ioanni Thomæ Anceriano Canonicus Eccleſiæ Beneuentanæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas,& in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit,ac quotiẽs pro parte veſtra deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes,ac vobis in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra vos , & veſtrum ſingulos confirmatione,approbatione,adiectione, cõceſſione,indulto, ſtatuto,& ordinatione, noſtris prædictis,ac præſentibus literis pacificè frui,& gaudere, non permittentes vos, aut aliquem veſtrum contra præmiſſa quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet,& rebelles per pęnas pecuniarias eorum arbitrio moderandas,& applicandas, ac demum ſententias , & cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo,ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,ſententias cenſuras,& pœnas huiuſmodi etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bracchij ſęcularis,non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,& alijs quibuſuis iuramento confirmatione Apo-

ne Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs, quoq; indultis, facultatibus, & literis Apoſtolicis Gubernatoribus, officialibus, & miniſtris alijsq; Iudicibus, & perſonis prædictis ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Maij 1566. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Cæſ. Glorierius.

Dilectis Filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis Noſtræ Beneuentanæ.

PIVS PAPA V.

DIlecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Antiqua fidei veſtræ conſtantia, & ſincera deuotionis affectus, quos nos, & Romanam Eccleſiam reueremini promerentur, vt votis & petitionibus veſtris bonum publicum prouidũq; iſtiùs noſtræ Ciuitatis Beneuentanæ regimen concernẽ quantùm cùm Deo poſſumus gratum præbemus aſſenſum, ſanè nobis exponi feciſtis, quòd pro conſeruanda in dicta Ciuitate illiusq; Territorio, & diſtrictu agricultura, & ne agri inculti deſerantur, & remaneant, penuriaq; ibi his potiſſimè calamitoſis tẽporibus cauſetur debitores in Ciuitate Territorio, & diſtrictu huiuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentes ſuos boues aratorios agriculturæ inſeruiẽtes, & terram laborare ſolitos pro quibuſcunq; debitis per eos quomodolibet factis, & faciendis obligare nullatenus vnquam poſſint, nos ſtatuere, & ordinare ſummo opere præoptaris, quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis de opportuno iuris remedio prouidere de benigni-

benignitate Apoſtolica dignaremur, nos igitur qui fidelium omnium,& præſertim ſubditorum noſtrorum vtilitatem,& cōmodum libenter procuramus, vos & veſtrum ſingulos à quibuſuis excommunicationis,ſuſpēſionis, & interdicti alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, * quòd ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus homines in Ciuitate Territorio, & diſtrictu huiuſmodi nunc & pro tempore exiſtentes,& reſidentes, pro quibuſcunq; debitis & creditis,etiam pupillaribus, ac dotalibus aliàs quomodolibet,& quantùmuis priuilegiatis, etiam in fauorem Eccleſiarum eorum bòues aratorios agriculturæ terræ inſeruientes,vel inſeruire,& terram arare ſolitos obligari nullatenus vnquam poſſint, nullaq; exequutio ſuper dictis bobus per creditores,& alios quoſcunque intereſſe prætendentes quacunq; obligatione etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, & ſuſceptione cenſurarum Eccleſiaſticarum per debitores ipſos & eorum quemlibet facienda etiam ſpecifica, & expreſſa dictorū bouum aratoriorum, ac etiam quocunq; & quibuſcunq; iuramentis interponendis & cenſuris Eccleſiaſticis ſuſcipiendis, ac aliàs non obſtantibus quomodolibet fieri poſſit,Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus,& ordinamus, * Decernentes quaſcunq; obligationes, vel exequutiones contra præſentium tenorem quouis modo pro tempore faciendas attenta vtilitate publica in prædictis bobus nullas & inualidas nulliuſque roboris, vel momenti fore, nec illas habentibus ſuffragari poſſe,ſed illas pro infectis omninò haberi: Et inſuper cum in dicta Ciuitate nonnulli debitores interdum reperiantur, qui poſt cōtractum debitum paſſim impetrant beneficia ceſſionum bonorum, vel dilationis quinquennalis ad fraudandum creditores quo fit,vt creditores ipſi non audeant,nec mutuo dare, nec caritate in egenos vti dubitantes ne loco retributionis bonorum ſuorum talia beneficia ceſſionis bonorum, vel dilationū eis intiment ſic eorum bonis mutuatis fruſtentur in maximum

Habitantes in Ciuitate, & Territorio Beneuētano pro quibuſcū que debitis, quantumuis priuilegiatis boues aratorij nullatenus obligari nullaq; exequutio ſuper eis per creditores quoſcunque fieri poſſit.

Omnes obligationes, & exequutiones in prædictis bobus nullas & inualidas eſſe.

pauperum

pauperum aliarumq; miſerabilium perſonarum dictę Ciuitatis detrimentum & iacturam, Cùmq; fel. rec. Pius Papa IIII. Prędeceſſor noſter motu ſuo proprio perpetuo ſtatuerit & ordinauerit, quòd de cætero quicunq; debitores, ſeù in forma Cameræ, aut aliàs quomodolibet obligati quamcunq; alternationem ſignificationem, vel aliam quamcunq; dilationem etiam ſecundùm Capitulum peruenit, vel odoardus, ſeù inhibitionem aliquam à Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore, ſiuè eius Locumtenente, aut Almæ Vrbis Vicario, vel Gubernatore, aut Senatore, ſeù alijs ipſius Vrbis Iudicibus, & Commiſſarijs, aut etiam carcerum Vrbis viſitatoribus, petere nō poſſent, niſi ſe prius coram illis birrectum viride geſtando præſentauerint, & ipſum birrectum viride, publicè, & ſecretè ſub fuſtigatione per Vrbem pro prima vice, & triremium pro ſecunda qua ſinè dicto reperti forent deferri per ſe, vel ſuos legitimos Procuratores ipſis abſentibus promiſerent, & medio iuramento affirmarent, ac aliter à prædictis & alijs quibuſcunq; Iudicibus etiam vigore ſpecialis commiſſionis ſuæ, aut ſucceſſorum ſuorum manu ſignatæ, vel ſignandæ, obtemptæ, & obtinendæ alternatiuè, & ſignificationes, aut dilationes, quæcunq; etiam ſecundum iuris formam nullæ eſſent, & ipſis debitoribus etiam ſi clerici exiſterent nullatenus ſuffragarentur, mandans eidem Auditori Cameræ, vt huiuſmodi conſtitutionem, & ordinationem perpetuò, & inuiolabiliter etiam in quibuſcunq; litibus & cauſis hactenus motis contra omnes & ſingulos præmiſſos in aliquo contrauenientes, per cenſuras & pœnas, ac etiam pecuniarias, & alia remedia opportuna ſibi viſa etiam manu regia procedendo obſeruari faceret, & mādaret, ac forſan alios prout in dicto motu proprio pleniùs continetur: * Nos itaq; præmiſſis obuiare, & ne pauperes famæ pereant, ſed eis, & creditoribus prædictis de opportuno remedio prouidere volentes, ipſiuſq; motus proprij tenorem, & inde ſequuta quæcunq; præſentibus pro expreſſis habentes, quòd ex tunc de cætero quicunq; debitores in dicta Ciuitate, & illius Territorio ſeù diſtrictu huiuſmodi exiſtentes ex dictis beneficijs ceſſionum bonorum, vel quinquennalium, aut aliarum dilationum, vti volentes ad illa

Nullus admittatur ad dilationē quinquennalē niſi ſeruata forma motus proprij Pij IIII. quod quitatē Beneuentanam illiuſq; incolas extendit, & ampliat.

non aliter, nec alio modo admittantur, niſi ſeruata forma motus proprij Prædeceſſoris huiuſmodi ex nunc ad effectum præmiſſorum ad Ciuitatē Beneueñ illiusq; diſtrictum, & Territorium, ac illorum incolas eiſdem auctoritate, & tenore extendimus & ampliamus, ac inibi perpetuo obſeruari debere volumus, ac iuxta illiùs formam, & tenorē tantùm admitti poſſint; ſimiliter perpetuo ſtatuimus & ordinamus, mandantes omnibus & ſingulis Gubernatoribus, Locatenentibus, Commiſſarijs, Auditoribus, Iudicibus, Notarijs, Exequutoribus, & alijs quibuſcunq; Officialibus dictæ Ciuitatis Beneuentanæ in virtutæ ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pęna, qualiter præmiſſa omnia inuiolabiliter obſeruent, obſeruariq; faciant, & mandent, cum effectu. * Ac decernentes ſtatuta & ordinationes præſentesq; literas & in eis cōntenta quæcunq; per quaſuis ſuſpenſiones, reuocationes, & gratias & literas Apoſtolicas à nobis quauis de cauſa etiam motu proprio, & alias pro tempore emanatas nullatenus alterari, vel reuocari poſſe, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, * Quo circa dilectis filijs cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Beneuentani Vicario in ſpiritualibus generali, ac Locumtenentis Gubernatoris Ciuitatis Beneuentanæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, vobiſq; & veſtrum cuilibet in præmiſſis efficacis, defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra vos, & veſtrum quemlibet, ſtatutis, & ordinationibusq; alijsq; præmiſſis vti, frui, & gaudere, non permittentes; Non permittentes vos, aut aliquem veſtrum deſuper per quoſcunq; quauis auctoritate fungentes contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, vel inquietari, * cōtradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras tam Eccleſiaſticas, quàm pecuniarias arbitrio veſtro moderandas, & applicandas, aliaq; opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo,

Contenta in his literis nū quàm reuocata aut alterata cenſeantur.

Literarū huiuſmodi Conſeruatorum deputatio cū ampliſſimis facultatibus.

Contradictores, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas & alias pœnas compellēdos eſſe ad hmōi lřarum obſeruantiam.

peſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus eoſdem contradictores, & rebelles ſententias cenſuras & pęnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illas etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc ſi opus ſit auxilio bracchij ſæcularis,* non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ terræ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus,necnon quibuſcunq; conceſſionibus,priuilegijs,indultis,& literis Apoſtolicis eiſdem creditoribus,Gubernatoribus, Commiſſarijs,& alijs officialibus, ſub quibuſuis verborum formis & expreſſionibus,etiam motu ſimili quomodolibet conceſſis, confirmatis,& innouatis, quibus omnibus etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua mentio, habenda foret, tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes,ad hoc videlicet,vt ſtatutis,& ordinationibus alijsq; præmiſſis vobis conceſſis liberè,& ſinè aliquo prorſus impedimento vti poſſitis & valeatis, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus,& ſufficienter derogatum eſſe decernimus, contrarius quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indultu huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 14. Ianuarij 1570. Pontificatus Noſtri Anno

In contrariũ facientibus derogatio.

Cæſ. Glorierius.

DECRETO DI N. S. PIO PAPA V, Contra homicidi, & altri delinquenti, ò Banditi del Regno di Napoli.

DEſiderando noi ſommamente, che nello ſtato noſtro, & della S.R.C.& in tutti l'altri Dominij,& Potentati,& ſegnalatamente nel Regno di Napoli,ſi viua Chriſtianamente, & con quiete,e pace vniuerſale,e ſapendo che li diſturbi,ſcan-

dali, e mali ſon nati, & naſcono dal refugio, & ſperanza, che li delinquenti hanno nelli ſalui condotti, e toleranze che ſi fanno, è ſon fatte molte volte alli vaſſalli, tanto della Chieſa, quanto del Regno di Napoli dalli miniſtri, e officiali del detto ſtato della Chieſa, etiam contra ogni prohibitione ſopra di ciò fatta da diuerſi Ponteſici noſtri Predeceſſori, e da non hauer perſeguitati ſimil ſorte de ſcelerati come inimici del publico, e del ben viuere, e come ſi deue per giuſtitia, e conoſcendo quanto ſia vtile àl ſtato Eccleſiaſtico, & al detto Regno di Napoli l'eſſecutione dell'infraſcritto Breue ſopra di ciò da noi fatto, e volendo che inuiolabilmente s'oſſerui il contenuto in eſſo.

Per tanto non pregiudicando per queſto à qual ſi voglia altra conſtitutione, ò prouiſione contra banditi, homicidi, & altri delinquenti fatta, e publicata: ordinamo, e commãdamo à tutti Legati, Vicelegati, Gouernatori, e ciaſcun'altro miniſtro, & officiale, à qual ſi voglia altra perſona del detto ſtato Eccleſiaſtico, che da quì auanti non ardiſcano di far ſaluicondotti, ò in qual ſi voglia modo toleranze à ribelli, heretici, ſacrilégi, falſarij, monetarij, aſſaſſini, ladroni, homicidi, & banditi del detto Regno di Napoli; ſotto le pene alle quali ſono tenuti detti delinquenti, e che ſi contengono nelle conſtitutioni, e altre prouiſioni ſopra di ciò fatte dalle leggi, ò noſtri Predeceſſori, anzi debbiano incontinente che queſta noſtra li ſarà notificata, reuocare tutti li guidatici, ò ſaluicondotti, che forſe li foſſero conceſſi, come noi in virtù anco della preſente reuocamo, e annullamo tutti li ſaluicondotti fatti ſino à queſto giorno da qual ſi voglia perſona, etiam quelli che forſe foſſero ſtati fatti da noi, ò d'ordine noſtro à detti delinquenti del detto Regno di Napoli, ò à ciaſcuno d'eſſi. Et commandiamo che fra termine di dieci giorni decorrendi dalla publicatione del preſente bando, detti delinquenti, e banditi, e ciaſcuno d'eſſi debbiano partirſi di Roma, e di tutto lo ſtato Eccleſiaſtico, altrimenti ſi procederà contro di loro alla cattura, & eſſecutione della giuſtitia. Notificando ad ogni perſona di qual ſtato, ò conditione voglia eſſere, e ſia, che debbia con effetto, e inuiolabilmente oſſeruare tutto quello che ſi contiene nell'infraſcritta

conſtitutione, e prouiſione ſopra di ciò da noi fatta. Il tenore della, quale ſarà inſerto quì di ſotto, acciò publicandoſi non ſolamente quì in Roma: mà ancora per le Prouincie, e Città, e lochi della Sede Apoſtolica (come ordinamo, e commandamo alli Legati, Gouernatori, & altri officiali, e miniſtri che ſubito debbiano far publicare) perſona alcuna non poſſa pretenderne ignoranza, & allegare iſcuſatione alcuna. E ciaſcuno ſi guardi di contrauenire, perche ſi procederà contra di loro irremiſſibilmente all'eſſecutione delle pene.

PIVS PAPA QVINTVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in ſupremo iuſtitiæ throno diuina diſponente clementia conſtitutus, inter multiplices ſollicitudinis curas quibus aſſiduè præmittitur, ſuæ vigilantiæ ſtudium circa ea adhibet potiſſimum, per quæ ſtatum, ac ditionem Eccleſiaſticam facinoroſis, ac ſceleſtis hominibus purgatum reddat, ſubditiq; ſui, ac S. R. E. deuoti, & peculiares filij, cæteriq; omnes Chriſtifideles in eo pro tempore degentes, pacificè, & quietè viuere poſſint. Idcirco ai inaduertentes, quòd ſi malefactores, ſceleſti, ſicarij, alijq; diuerſorum capitalium criminum rei, tam vaſſalli, ac ſubditi noſtri, & dictæ Sedis Apoſtolicæ, quàm Sereniſſimi Regis Catholici iure Regni Neapolis tutum aliquod refugium non habuerint, neque ſpem aliquam ſaluos conductus, fidantias, aut aſſecurationes ab aliquo conſequendi, aut ſeipſos in aliquem locum tuto recipiendi, prout in præſentiarum (ſicut accepimus) habent, tot ac tam immania ſcelera, & delicta non perpetrarentur, nec tam magna eſſet ſceleratorum hominum multitudo. Volentes propterea Nos pro Noſtri Paſtoralis officij munere, & Dilectus filius nobilis vir Peraſanus Alcalæ Dux, ac Prorex, & Locumtenens Generalis ſuæ Catholicæ Maieſtatis in Regno Neapolis opportunè prouidere, ne adeo frequentia delicta, tam à noſtris, quàm dicti Regni hominibus & incolis committantur, ac pro tempore commiſſa puniantur, debitiſq; pœnis eorum auctores afficiantur, neque ſpem aliquam iuſtitiæ laqueos effugiendi, aut ad aliquem locum tutum ſeipſos recipiendi habeant, inhærentes præcipuè literis fel. rec. Pij IIII. Prædeceſſoris noſtri ſub plumbo aliàs expeditis ſub datum

Romæ,

Romæ, octauo idus Ianuarij Pontificatus ſui Anno Secundo, & in forma Breuis aliàs expeditis ſub datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die decima Nouembris 1564. Pontificatus ſui Anno quinto, per has noſtras in forma breuis literas ſpecialius, & enixius auctoritate Apoſtolica prohibemus omnibus, & ſingulis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenẽtibus, & alijs quocunq; nomine nuncupatis Officialibus, & Miniſtris, & præſertim moderno, & pro tempore exiſtenti Gubernatori Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ, ne ab eis, vel eorum aliquo poſthac in Ciuitatibus, Terris, & locis noſtris, & dictæ Sedis Apoſtolicæ aliqui Hæretici, rebelles, ſacrilegi, falſarij, monetarij, raptores pacis, violatores, latrones, aſſaſſini, aut homicidæ, à Regno Neapolitano banniti, & exules modo aliquo tacitè, vel expreſsè recipiantur, aſſecurentur, vel tuti fiant. Quinimò ſi talia, vt præmittitur crimina in dicto Regno Neapolis & illiùs locis, & terris patrantes ad noſtra, & dictæ Sedis Apoſtolicæ loca, & præſertim ad dictam Ciuitatem noſtram Beneuenti, & eius comitatum peruenire contigerit, aut ibi eos reperiri, ab eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs officialibus, & miniſtris noſtris, & eiuſdem ſedis capi, detineri, & carceribus mancipari volumus, & mandamus, ac eiſdem Proregi, vel officialibus, & miniſtris, ſeù ad omnem ipſius, vel eorundem miniſtrorum ſuorum requiſitionem captiuos factos, liberè, & ſimpliciter remitti, non captos capi, detineri, & remitti quicunque illi fuerint, aut qualitercunq; graduati, nobiles, vel Barones. Mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs officialibus quocunq; nomine nuncupatis, vt ſi quas fidantias, ſaluos conductus, aut ſecuritates hactenus fecerint, illos, & illas reuocent, & annullent, prout nos præſentium tenore, quas poſt decimum à die publicationis earundem diem ſuum effectum ſortiri volumus, reuocamus, & annullamus, nulliusq; effectus roboris, vel momenti eſſe volumus, & mandamus. Decernentes inſuper quod ſi contigerit aliquem ex terris, & locis noſtris, & Apoſtolicæ ſedis oriundum, vel incolam in præfato Regno Neapolis, vel illiùs terris, & locis delictum aliquod committere, illum ab officialibus, & miniſtris noſtris puniri, & plecti poſſe non ſecus, ac ſi delictum ipſum in noſtris, & eiuſdem Romanæ Eccleſiæ terris, & locis immediatè ſubiectis commiſiſſet. Et ne talia patrantes crimina iuſtitiæ laqueos effugere

gere

gere poſſint, volumus, & decernimus, quod officiales, & miniſtri eiuſdem Proregis criminoſos, & delinquentes præfatos, vt præfertur, bannitos & exules inſequentes, & perquirentes intra fines, & territorium ſtatus noſtri Eccleſiaſtici per ſpatium decem miliarium in villis, caſalibus, & terris, quæ tamen muris circundatæ non ſint, & alijs locis campeſtribus non tamen Ciuitatibus inſequi, quærere, capere, & captiuos captos ſecum ducere liberè, & ſecurè valeant. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis magiſtratibus, officialibus, ac populis, & particularibus perſonis nobis, & dictæ Eccleſiæ ſubiectis, vt miniſtris, & officialibus ipſius Proregis circa præmiſſa exequenda omnem fauorem, & auxilium præbeant. Hæc autem omnia eo libentius fecimus, & decreuimus, quia idem Prorex per ſuas literas nobis per dilectum filium Ferdinandum de Torres ſecretarium noſtrum de numero participantium, & cui ipſius Regni negotiorum ſpecialis cura imminet, ſignificari fecit cuncta ſuperiùs expreſſa viceuerſa in dicto Regno ſuis miniſtris, & officialibus pariter obſeruari ſtatuet, & decernet. Quæ cum ſtatuta, & decreta fuerint, hæc illa inuiolabiliter ab omnibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs vt præfertur officialibus & miniſtris noſtris obſeruari volumus, & mandamus ſub noſtræ indignationis pœna. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutisq́;, & conſuetudinibus Ciuitatum, locorum, priuilegijsq́; indultis, ac literis Apoſtolicis quomodolibet in contrarium conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq́; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Februarij 1566. Pontificatus noſtri Anno Primo. Cæſ. Glor.

E perche il prefato Sig. Vicerè di Nap. hà già publicato vn decreto conforme al ſopraſcritto noſtro breue per tutti li lochi del ſudetto Regno, perciò ciaſcuno officiale, e miniſtro noſtro, e della Santa Chieſa non manchi di eſſeguire ſubito quanto di ſopra ſi contiene. Pro Almæ Vrbis Societate Charitatis.

Vincen-

Vincentius Tachinus Foroſempronien. Not. Io Antonio Trõbetta hò publicato il ſopraſcritto decreto per Roma nelli lochi ſoliti & conſueti il dì 12. di Marzo 1566.

SIXTVS PAPA V.

DIlecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Libẽter audiuimus, dilectos filios Franciſcum Antonium Griſum, & Antonium Rubinum Conciues, & Oratores veſtros, patriæ, & publicè quietis amatores, ac de fælici illius regimine, & commodis plurimum ſollicitos, & intelleximus ea, quæ nobis veſtro nomine ſupplicarunt. Itaq; cum vos peculiari deuotione proſequamur, & petitionibus veſtris, quoad poſſumus annuere ſtudeamus, Vos omnes, & ſingulos vtriuſq; ſexus à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, * omnia, & ſingula priuilegia, gratias, fauores, & indulta vobis hactenus, per quoſcunq; Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſa, approbata, & innouata, quorum omnium tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum, inſertis haberi volumus, quatenus ſint in vſu, ac libertatis Eccleſiaſticæ, & ſacris Canonibus non contrarientur, ac præſertim fæl. rec. Sixti Papæ IIII. ſub datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die xx. Iunij 1478. Pontificatus ſui Anno ſeptimo emanatas, per quas etiam conceſſit, vt bona quarumcunq; Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & Curiæ temporalis, ac Cameræ Apoſtolicæ iſtiùs Ciuitatis, poſſent titulo permutationis in perpetuum, iuxta iuris diſpoſitionem in euidentem eorum vtilitatem, & augmentum locari, & concedi: hoc tamen modo, quòd Rectores Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ſeruata iuris forma, quò verò ad bona ad Cameram Apoſtolicam ſpectantia, de eiuſdem Cameræ licentia, id fieri debeat; necnon piæ mem. Pij Papæ V. Prædeceſſorum noſtrorum, ſub datum

Confirmat priuilegia, & indulta per Rom. Pontifices aliàs cõceſſa.

datum Romæ, apud Sanctum Petrum decima Maij 1566. Pontificatus ſui Anno Primo, emanatas in forma Breuis literas, ꝗ nullus Regnicola ad aliquod officium publicum dictæ Ciuitatis aſſumi poſſit, comprehenſo etiam Barigello, necnon fæl. rec. Pij Papæ II. literas, ſub datum Mantuæ, Anno Incarnationis Dominicæ 1459. Nonas Septembris, Pontificatus ſui Anno ſecundo. Apoſtolica auctoritate, etiam quoad alia, in eiſdem literis Pij II. Sixti IIII. & Pij V. contenta quæcunq; eorundemq; tenores, etiam veriores pro expreſſis, & hic inſertis habentes, & quòd ſemper exprimi poſſint, & omnia alia quæcunq; hucuſq; eiſdem Ciuitati, & hominibus conceſſa, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. * Necnon ſtatuimus, & perpetuò ordinamus, quòd ſtatuta dictæ Ciuitatis tam ciuilia, quàm criminalia à dilectis filijs Cameræ noſtræ Commiſſario Generali, & Procuratore Fiſcali per nos deputatis reuiſa, reformata, & ſubſcripta, in poſterum ab omnibus, præſertim à Gubernatoribus, & alijs Officialibus, in eadem Ciuitate pro tempore exiſten. ad vnguem obſeruentur. * Quòdq; in cauſis criminalibus liceat omnibus Ciuibus, & Incolis dictæ Ciuitatis, & illiùs Comitatus appellare à ſententia diffinitiua, ſeù illiùs vim habente, necnon à quocunque grauamine, quòd reparari non poſſit per appellationem à diffinitiua lata, ſeù illato per dictæ Ciuitatis Gubernatorem, ſeù Locumtenentem, & quoſcunque alios Iudices ad nos, Sedemq; Apoſtolicam, ſeù per viam appellationis, vel recurſus adire Conſultam, vel Signaturam, ſeù via ordinaria Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalem Auditorem: & licet dictus Auditor Cameræ habeat in facultatibus, ſeù in reformatione, quòd non recipiat appellationes, niſi à diffinitiua, & producatur Inſtrumentum petitionis talis Inſtrumenti dictæ ſententiæ, & proteſtation. nihilominus ipſe, in caſibus præfatis appellationes huiuſmodi recipiat, & decernat citationem cum inhibitione, & aliàs expeditiones faciat, & concedat neceſſarias, & opportunas, etiam abſq; productione Inſtrumenti dictæ ſentẽtiæ, & proteſtationibus, dictaſq; appellationes pro reis carceratis, non ſolùm ipſi, ſeù eorum Procuratores, ſed cuilibet

Quod ſtatuta communitatis à Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario reuiſa, & reformata obſeruentur.

Liceat in cauſis criminalibus appellare à quolibet grauamine ꝗ per ſententiã diffinitiuã reparari nõ poſſit, quodque dicta appellatio ſit non tm̃ deuolutiua ſed etiã ſuſpenſiua executionis ſed in pecuniarijs ſeruatur conſtitutio Pij IV.

eorum propinquus vſq; ad tertium gradum, abſq; mandato interponere, ac in Rom. Curia proſequi poſſit, & valeat, quòdque dicta appellatio ſit non tantùm deuolutiua, ſed etiam ſuſpenſiua executionis, & cuiuſcunq; vlterioris proceſſus, ita vt ſint ligatæ manus Iudicis ad vlteriùs procedendum per menſem: ita tamen, quòd in pecuniarijs ſeruetur forma Conſtitutionis piæ mem. Pij Papæ IIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quòd fiat actuale depoſitum, vel aliàs prout in eiſdem diſponitur: necnon iuxta literas in forma Breuis confectas, & à Romanis Pötificibus Prędeceſſoribus noſtris emanatas * in quibuſcunq; impoſitionibus quæ fient ſubditis, & Prouincijs Status Eccleſiaſtici, non intelligatur compræhenſa Ciuitas, & comitatus Beneuen. huiuſmodi, niſi expreſsè fuerit nominata. * Ac omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſinè cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum, & militiarum regularia, etiam ſi illa Canonicatus, & præbendæ, dignitatis, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, Præpoſitatus, Præpoſiturę, ac Prioratus fuerint Ciuitatis, & comitatus huiuſmodi in menſibus loci ordinarij pro tempore vacatura, & quorum collatio, prouiſio, ſeù quæuis alia diſpoſitio, quomodolibet ad eum ſpectabit ſolis Ciuibus Originarijs Beneuentan. habilibus tamen, & idoneis, ſeruata tamen inter eoſdem Ciues forma Concilij Tridentini conferantur, & conferri poſſint, & debeant. Quò verò ad illa beneficia, quorum collatio ad nos, & ſucceſſores noſtros ſpectabit: ſperandum erit, Nos Beneuentanorum prædictorum ante omnes rationem habituros, & ita ſperamus facturos eſſe ſucceſſores noſtros. * Quòdq; in poſterum nullus Bannitus ex Regno Neapolitan. pro capitali delicto poſſit affidari, vel aſſecurari ad permanendum in dicta Ciuitate per Gubernatorem, ſeù Locumtenentem, ſed tantùm per nos, & Sedem Apoſtolicam, ſub pœna indignationis noſtræ per contrafacientes eo ipſo incurrenda. * Poſtremò, quia vos nobis in prædictæ Sedis, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ neceſſitatibus, ſummam ſcutorum duodecim millium, de Iulijs decem pro ſcuto, pro parte ab ipſa Ciuitate ſoluendam, & pro parte etiam exigendam à Ciuibus & Incolis per taxam à Conſulibus cum interuentu Gubernatoris, ſeù Locumtenentis faciendam,

In quibuſcunque impoſitionibus non intelligatur cöpræhenſa Ciuitas Beneuenti.

Beneficia Eccleſiaſtica Ciuibus originarijs Beneuentanis conferantur.

Nullus bänitus de regno Neapol. poſſit aſſecurari per Gubernatorem.

Solutio ſcutorum 12. facta à cöitate & conceſſio ꝓ perdelictis in quibus veniunt cöfiſcäda bona, non poſſit capi niſi vigeſima, exceptis criminibus hæreſis, lęſę maieſtatis, falſæ monetæ, & latrocinij ad viä publicä.

iuxta bonorum cuiuſcunque valorem per totum menſem Iulij proximè venturum ſoluere promiſiſtis, concedimus vobis, quòd futuris temporibus pro delictis in quibus de iure, vel aliàs veniunt confiſcanda bona per Fiſcum, non poſſit capi, niſi vigeſima omnium bonorum: exceptis tamen criminibus hæreſis, læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, & latrocinij ad viam publicam, in quibus bona confiſcentur, & ne per indirectum Ciuitas, & homines prædicti in eiſdem boni grauentur, & quam pecuniarum ſummam ſcutorum duodecim millium ſicut pro omnibus, tam præmiſſa confiſcatione, quàm alijs quibuſcunq; infra, vel ſupraſcriptis intereſſe Cameræ, quomodolibet concernentibus, obtuliſtis, ita pro his omnibus ſolutam fuiſſe, & eſſe declaramus, * q̄ etiam in caſu cuiuſcunq; contumaciæ, pena non poſſit imponi in capitalibus, nec alijs quibuſcunq; delictis, vltra ſummam pecuniariam pro ipſo delicto, quòd prætenditur, vel de quo quis inquiritur, vel accuſatur, vel aliàs moleſtatur, iuxta Statutorum formam dictæ Ciuitatis debitam. Decernentes, quoad hæc præſentes literas vim validi, & efficacis contractus inter nos, & Sedem, & Cameram Apoſtolicam ex vna, ac vos Ciuitatemq́; & comitatum huiuſmodi partibus, ex altera initi, & ſtipulati habere, * vobiſq́; ac Ciuitati & comitatui huiuſmodi hanc remiſſionem confiſcationis bonorum, & alia etiam prædicta intereſſe Cameræ concernen. ex titulo oneroſo competere, necnon has præſentes literas ad omnia, & ſingula plenè probandum omninò ſufficere, nec ad id alteriùs probationis adminiculum requiri, ac ita valere non ſecus, ac ſi habita deſuper cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto matura deliberatione, ac de eodem Conſilio, & aſſenſu, præmiſſa omnia facta fuiſſent, * ac in omnem caſum moleſtiæ, ſiuè de iure, ſiuè de facto inferendæ Cameram præfatam ad litem in ſe ſuſcipiendam, ad tollendum omnem moleſtiā ad omnem veſtram ſimplicem requiſitionem, etiam extraiudicialiter faciendam, & ad omnem, & quamcunq; euictionem teneri, & obligatam eſſe; necnon pro omnium, & ſingulorum præmiſſorum obſeruatione, & executione nos ſucceſſoresq́; noſtros ac omnia, & ſingula dictæ Cameræ iura, res, & bona, tam præ-

Quod in caſu contumaciæ pœna nō poſſit imponi vltra ſummam pecuniariam per ſtatuta debitam.

Remiſſio confiſcationis & alia intereſſe Cameræ concernentia ex titulo oneroſo conceſſa.

In caſu moleſtiæ Camera Apoſtolica tenetur litē in ſe ſuſcipere & omnem moleſtiā remouere.

ſentia, quàm futura generaliter, ſpecialiter, & expreſsè in ampliſſima eiuſdem Cameræ forma cum alijs decretis, & cautelis ſolitis, & neceſſarijs: ita quòd ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra obligamus, ac obligata, & hypothecata eſſe, voſq; ad probandum, quòd dicta ſumma in neceſſitates prædictas conuerſa fuerit minimè teneri. * Sicq; per quoſcunq; Iudices, ac Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, ac diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. * Quo circa Venerabili Fratri Archiepiſcopo Beneuentano, & dilectis filijs noſtro & Apoſtolicæ Sedis in Regno Neapolitano nunc & pro tempore exiſtenti Nuntio, ac Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios faciãt auctoritate noſtra vos præmiſſis omnibus, & ſingulis iuxta præſentium continentiam & tenorem pacificè frui, & gaudere: nõ permittentes vos deſuper à quocunq; quomodolibet moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis facultatibus, ſeù reformationibus dicti Auditoris Cameræ, ac noſtra de non tollendo iure quæſito: necnon Pij Papæ IIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis gratijs intereſſe dictæ cameræ in libris eiuſdẽ Cameræ infra certum tunc expreſſum tempus, ac alijs conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua non autem

Quidquid ſecus actũ fuerit irritum & inane declaratur.

Deputatio conſeruatorum cum amplis facultatibus.

per

per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Iunij 1588. Pontificatus Noſtri Anno Quarto. Tho. Thomaſius Gualterutius.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Extinctio litium motarũ ratione bonorum Eccleſiaſticorũ in emphyteuſim conceſſorum & oium conceſſionum huiuſmodi conualidatio.

INter fideles quoſlibet præſertim nobis & Sedi Apoſtolicæ ſubditos pacem, & concordiam vigere, & conſeruari ſinceris deſiderantes affectibus, eaq; ſublatis litium anfractibus propterea proceſſiſſe dicuntur, ne in recidine contemptionis ſcrupulum relabantur, ſed perpetuo firma, & illibata perſiſtant libenter Apoſtolico munime roboramus, ſanè cum ſicut accepimus aliàs poſtquam lite & cauſa coram diuerſis iudicibus in Romana Curia, & extra eã pro parte & ad inſtantiam dilectorũ filiorum deputatorum, ſeù præfactorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe fabricę contra dilectos filios Communitatem & homines & etiam particulares perſonas Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ poſſidentes bona ſpectantia ad Eccleſias, Monaſteria, Collegia, Capitula, Præceptorias, Commendas, Abbatias, Confraternitates, Hoſpitalia, & alia beneficia Eccleſiaſtica, ac pia loca in Ciuitate prædicta, & Territorio Beneuentano exiſtentia ſuper nullitate & inualiditate contractuum ſuper huiuſmodi bonis & illorum conceſſione celebratorum forſan ob non ſeruatas formas à iure requiſitas, & ex alijs capitibus, necnon dictorum bonorum eorumq; poſſeſſiones, ac fructuum inde perceptorum recuperatione, & alijs rebus in actis cauſæ, & cauſarũ huiuſmodi latiùs deductis introducta fuerit, tandem partes prędictæ cupientes litiũ huiuſmodi & aliarum quas inde oriri poſſe dubitabantur, anfractibus & diſpendijs parcere, ac pro bono, & tranquillo ſtatu publico, & priuato dictæ Ciuitati medio etiã ac Conſilio & hortatu dilecti filij noſtri Pauli Tit. Sanctę Ceciliæ

ciliæ Presbyt. Cardinalis Sfondrati nuncupati ſaluo in primis, & reſeruato Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ad quoſdam inter ſe deuenerunt compoſitionem, tranſactionem, & concordiam, prout in quodā publico inſtrumento deſuper confecto, quòd in Cācellaria Apoſtolica diligenter inſpici, & examinari, ac illiùs tenorem ſignis, & caracteribus Notarij inde rogati ommiſſis de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus pleniùs cōtinetur. Nos igitur vt compoſitio, tranſactio, & concordia huiuſmodi perpetui roboris firmitate ſubſiſtant, ac Communitas, & particulares perſonæ huiuſmodi latiùs earumdem procul ſemotis incommodis in continua pace mentiſq; tranquillitate viuere poſſint, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere, eoſdē deputatos, ſeù præfectos, ac communitatem hominesq; & particulares perſonas huiuſmodi ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, ipſoſq; & eorum ſingulos à quibuſuis excōmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis sētentijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, ſingularum litium & cauſarum prædictarum, & aliarum quæ oriri formidabantur, ſtatum & merita, nominaq; & cognomina iudicum & collitigantium, ac iura & prætenſiones partium, cauſaſq; & occaſione earumdum litium, omniaq; alia & ſingula ſic etiam de neceſſitate, ſeù pro maiori præſentium robore & efficacia, & aliàs quomodolibet exprimēda pro expreſſis, & hic declaratis habentes, de meritis cauſarum huiuſmodi etiam plenè informati motu proprio, non ad ipſorum deputatorum, ſeù pręfectorum, ac communitatis & hominum particulariumq; perſonarum huiuſmodi oblate nobis ſuper hoc pro parte eorum petitionis inſtantiam ſed de certa ſcientia meraq; deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas, ac quaſcunq; cauſas prædictas, & aliàs tam in dicta Curia, quàm extra eam vbicūq; & coram quibuſcunq; Iudicibus ordinarij, & delegatis, ac in quauis inſtantia motas & pendentes indeciſas, ac etiā eas quæ oriri formidabantur ſuper pręmiſſis & illorū occaſione ex nunc

cum

cum omnibus ſuis incidentibus,dependentijs,emergentibus, annexis, & connexis in ſtatu & terminis in quibus reperiuntur non tamē quoad cauſas in dicto inſtrumento exceptas ad nos harum ſerie aduocamus illasq; ac lites quaſcunq; caſſamus, pœnitusq; extinguimus, & annullamus,ac tam prædictis,quàm quibuſcunq; alijs perſonis intereſſe nunc & pro tempore quomodolibet habentibus perpetuum ſilentiū deſuper imponimus,& nihilominus compoſitionem,tranſactionem,& concordiam, ac inſtrumentum prædictum cum omnibus clauſulis, & cautelis in eis contentis, & appoſitis auctoritate Apoſtolica earumdē tenore præſentium perpetuò confirmamus,& approbamus,illisq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adicimus,ſupplentes omnes & ſingulos tam iuris,quàm facti,& ſolemnitatū,ac alios quoſcunq; quãtumuis ſubſtantiales defectus ſi qui quomodolibet interuenerint in eiſdem,ac decernentes cõpoſitionem,tranſactionem, & concordiam, ac inſtrumentum huiuſmodi,prout facta ſunt cum omnibus clauſulis & cautelis in eiſdem expreſſis appoſitis tam per ſupradictos, quàm alios omnes & ſingulos ad quos nunc quomodolibet ſpectat,& ſpectabit in futurum, firmiter ac inconcuſsè obſeruari, & adimpleri, nec ab illis vllo vnquam tempore ex quauis cauſa, vel prætextu, ſeù quæſito colore recedere ſeù poſſe,ſed illis omni tempore in omnibus, & per omnia in quamcunq; cauſam ſtari debere, ſolasq; præſentes ad probandum præmiſſa & alia inde exequuta, & ſequutum vbiq; in Iuditio,& extra ſufficere, nec ad id probationis alteriùs adminiculum requiri,eaſdem præmiſſa,ac ipſas præſentes nullo vnquam tempore etiam ex eo quod quicunq; intereſſe habeñ ſeù prætendentes vocati, vel ſufficienter auditi non fuerint, nec deſuper conſenſerint, aut ex quauis alia cauſa etiam ex quocunq; capite ſeù prætextu, vel quæſito colore de ſubiectionis,vel obiectionis ſeù nullitatis vitio,aut intentionis noſtrę, vel cuipiã alio defectu notari, impugnari,ſeù retractari,vel in ius,aut controuerſiam vocari ad terminos iuris facti,vel gratiæ remedium impetrari,ſeù etiam motu ſimili concedi poſſe:ſed ſemper validas & efficaces exiſtere ſuosq; effectus ſortiri,& obtinere,ac cum veri,validi,& efficacis,ac perpetui contractus inter nos & ſedem prędictã ac fabricam,necnon deputatos,ſeù præfectos illiùs ex vna,ac Ciuitatem & homines particularesq; perſonas dictæ Ciuitatis ex altera partibus initi vtrinq; iurati habere,neq; ſub aliquibus reuocationibus,aut

alijs

alijs cõtrarijs diſpoſitionibus quaſuis clauſulas generales, vel ſpeciales in ſe continentibus comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis excipi,& quoties illæ emanabunt toties in priſtinum, ac validiſſimum ſtatum ſuum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam ſub quacunq; poſteriori data per Ciuitatẽ, homines, & particulares perſonas huiuſmodi pro tempore eligenda concesſas eſſe cenſeri, ac omnibus prædictis & alijs ſinè alia moleſtia, lite, vel contradictione perpetuò irreuocabiliter, & inconcuſsè obſeruari, ſicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios, & ipſius fabricæ, ac etiã cenſurarũ Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales iudicari & diffiniri debere, necnon irritum,& inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtãtibus prẹmiſſis, ac quatenus opus ſit fæl.rec. Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis,& alienatis recuperandis, ac Pij IIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſub datum, videlicet octauo Idus Auguſti Pontificatus ſui anno ſexto ædita, ac diſponente, quòd omnes gratiæ præiuditium quodcunq; Cameræ Apoſtolicæ concernentes in eadem Camera infra certum inibi expreſſum tempus regiſtrari debeant, alioquin non valeant, ita quod deputati, ſeù præfecti, ac communitas & homines, particulareſq; perſonę prædicti, ſeù quicunq; illorum ad eandem præſentes in dicta Camera regiſtrari, ſeù quomodolibet inſinuañ facieñ minimè teneantur, nec ad id cogi poſſint, neq; propterea illæ viribus careant, ſed perpetui roboris firmitate ſubſiſtant,& ſupradictis omnibus, ac aliàs pro tempore cauſam habilis habeñ ſuffragentur, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac etiam in Prouincialibus,& Synodalibus Concilijs æditis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam dictæ fabricæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & literis Apoſtolicis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis & approbatis: quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialiter, ſpecifica, expreſſa,& indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat etiam harum ſerie ſpecialiter & ex-

preſsè motu pro pari derogamus, quòdq; dictum tempus iam elapſum exiſtat cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Tenor dicti inſtrumenti ſequitur & eſt talis, in nomine domini amen. Cùm pro parte, & ad inſtantiam Reuerendæ fabricæ Venerabilis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, coram diuerſis Iudicibus in Romana Curia, & extra fuerit lis & cauſa contra Illuſtrem Communitatem Ciuitatis Beneuenti, ac etiam ſingulares perſonas poſſidentes bona ſpectãtia ad Eccleſias, Monaſteria, Collegia, præceptorias, Commendas, Abbatias, Confraternitates, Hoſpitalia, & alia beneficia Eccleſiaſtica, & pia loca in Ciuitate & Territorio Beneuentano exiſtentia, de & ſuper inualiditate, & nullitate contractuum ſuper huiuſmodi bonis, & illorum conceſſione celebratorum ob non ſeruatas forſan formas à iure requiſitas, & ex alijs capitibus dictorumq; bonorum illorumq; poſſeſſionis, ac fructuũ deſuper perceptorum recuperatione, rebuſq; alijs in actis cauſæ & cauſarum huiuſmodi latius deductis, cùmq; lites & cauſæ prædictæ deuenerint ad notitiam Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Sfondrati, ipſe vero cupiẽs, vt Illuſtriſſimo Cardinali decet tam dictis litibus, quàm etiam omnibus alijſq; in futurum oriri poſſe dubitabantur, finem & perpetuum ſilentiũ imponi pro bono pacis, & cõcordiæ proq; bono ſtatu & quiete, & trãquillitate publica & priuata Ciuitatis prędictæ hortatus fuerit communitatem & ſingulares perſonas prędictas ſiuè eorum Agentes & Procuratores, vt lites prędictas amicabili compoſitione cum Illuſtriſſimis dictæ fabricæ Præfectis etiã ſub protectione ſuę Illuſtriſſimæ Dominationis tractarẽt, hinc igitur fuit & eſt quod Anno à natiuitate Domini 1591. Indictione 4. die vero 5. menſis Iunij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N. D.Gregorij diuina prouidentia Papę XIIII. Anno primo in noſtrum dd.Claudij Louerij ſupradictæ fabricæ Franciſci Pechinoli Notariorum publicorum inſolidum rogatorum, & Teſtiũ infraſcriptorum ad hæc omnia & ſingula præſentia præſentes perſonaliter conſtituti Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.Camillus Burgheſius Cameræ Apoſtolicę Generalis Auditor & Reuerendiſſimus D.Fabius Blondus Patriarcha Hieroſolimitañ, Reuerendiſſimus D. Bartholomæus Ferracinus, & Ill. R. P. D. Alexander Iuſtus dictæ fabricæ Præfecti de more per eiuſdem fabricæ negotijs piæ, & vtiliter pertrãctandis congregati & conuocati ad hanc compoſitionem non minus hortatu, & mandato dicti Illuſtriſſimi D.

Cardinalis Sfondrati,q̃ proprio eorum motu & inſtinctu deuenientes ex vna,& Ill.D.Pōpeus Vintimilia de Morra,& Magnif.D.Vincentius Zāparellus Procuratores,& Agētes,ac vice & nomine Communitatis, & ſingularū perſonarum Ciuitatis Beneuenti ex altera partibus ſpontè & ex certa eorū ſcientia,ac deliberata volūtate omni meliori modo, via,iure,cauſa & forma,quibus magis & melius potuerūt & debuerūt, ſaluo & reſeruato in primis,& ante oīa beneplacito,& aſſenſu S.D.N. Papæ & Sanctæ Sedis Apoſt.in ampliori & meliori forma ēt motupro prij cum ſuppletione omnium & ſubſtantialium defectuum ēt omnibus & ſingulis decretis, clauſulis, & cautelis neceſſarijs & opportunis per dictos Illuſtriſſ. dd. Deputatos expenſis tamen dictæ Communitatis, quç propterea ad aliam quam infraſcriptam compoſitionem ſoluendā tn̄ minimè teneatur infra quatuor menſes proximos expediendo, & non aliàs aliter, nec alio modo in Dei nomine deuenerunt inſimul infraſcriptā compoſitionem,tranſactionem & concordiam,mutua ſtipulatione interueniente,nam dicti Illuſtriſſimi DD.Præfecti lites & cauſas deſuper motas etiam inſtructas,& in quauis inſtantia exceptis tribus cauſis videlicet vna contra dd.de controuerſijs in qua ſunt latè duo ſententiæ,quæ ſecundùm facultates dictæ fabricæ faciunt rem iudicatam,& alijs duabus, quæ pendent hic in Curia in ſecunda inſtantia,vna videlicet ad inſtantiam Ioannis Antonij Gentilutij,contra D. Camillum,& alterā ad inſtantiam D.Caroli Tricarlenij, videlicet pro intereſſe rectorū tantùm, & coram quibuſuis dd. Iudicibus tam ordinarijs,quàm delegatis,& fabricç deputatis tam in Romana Curia,quā extra pendentes,in ſtatis & terminis in quibus reperiantur, quarum litium ſtatus pro expreſſis habeantur cum omnibus & ſingulis earum, & cuiuſlibet ipſarum incidentibus annexis, & connexis ad ſe aduocarūt,illasq; ac omnes & ſingulas aliasq; in futurum forſan oriri poſſent pœnitus extinſerunt,ac pro extinctis dederunt,& ab eis omnino receſſerunt,præterquam ſi vllo vnquam tempore conſtaret,& appareret dictorum bonorum alienationes & conceſſiones in euidens dānum Eccleſiarum,Monaſteriorum,& aliorum locorum prædictorum ab initio factas fuiſſe & ceſſiſſe,quo caſu dumtaxat,& nullo quouis alio,ſeu alia de cauſa voluerunt,& ſic proteſtati fuerunt,ipſiſq; licere agere coram Iudicibus ordinarijs dictç Ciuitatis ad huiuſmodi contractuum reſciſſionem ex capite enormis,ſeu enormiſſimè læſionis,& aliter prout iu-

ſtum

ſtum fuerit via ordinaria, & præmiſſis ſemper ſaluis, ac etiam ſalua, & reſeruata confirmatione Apoſtolica, ijdem Ill. DD. Præfecti voluerunt & declararunt, quòd tam dicta Communitas, quàm alij quicunq; bona ſpectantia ad Eccleſias, Monaſteria, Collegia, Capitula, præceptorias, Commendas, & alia Eccleſiaſtica Beneueñ, quæcunq; & pia loca prædicta in dicta Ciuitate & Territorio Beneueñ exiſtentia illorum, & cuiusq; eorum fines, & vocabula pro expreſſis habentes, quouis titulo etiam nullo & infecto poſſidētes me Notario publico infraſcripto pro dictis Communitate, & ſingularibus perſonis, & omnibus quorum intereſt & intererit quomodolibet in futurum, vna cum dictis Ill. D. Pōpeo, & Magnifico D. Vincentio Procuratoribus & Agentibus ſtipulantibus & recipientibus ſuper quibuſuis contractibus hucuſq; ſuper illis celebratis, ſeù dictorum bonorum poſſeſſionis, ne vt in futurum quorumcunq; hucùſq; præceptorum recuperatione per quoſuis RR. DD. Abbates, Prælatos, Capitula, Rectores, Cappellanos, & Hæconomos, illorum ac alios legitimos adminiſtratores, nec per dictam R. fabricam S. Petri, ſeù illius deputatos & Commiſſarios, & aliàs quaſuis perſonas &c. directè, vel indirectè in Iuditio, vel extra in Vrbe, vel alibi nullatenus nullaue de cauſa & occaſione, etiam inopinata, & ſpeciali nota digna, & quæ in generalitate non comprehenderetur, ſeù etiam non petitum aſſenſum, ſeù renouationem in tempore, ſalua & reſeruata dumtaxat læſione vt ſupra, coram Iudicibus ordinarijs dictæ Ciuitatis deducenda, & proponenda moleſtentur, vexentur, & perturbentur, aut impediantur, nec moleſtari, nec impediri valeant, prout ipſi Illuſtriſſimi DD. Præfecti nullatenus nullo vnquam tempore moleſtare, nec impediri poſſe, præſensq; inſtrumentum, ac omnia & ſingula in eo contenta perpetuo attendere, & in nullo contrafacere, ſolemniter promiſerint, & conuenerunt aliàs vltra illorum obſeruationem teneri voluerunt ad omnia damna &c. de quibus, &c. Quam promiſſionem, trāſactionem, concordiam, ac omnia & ſingula in hoc inſtrumento cōtenta dicti Illuſtriſſimi D. Præfecti fecerunt, & facere declararunt, quia vice verſa dictus Ill. D. Pompeus, & Magnificus D. Vincentius nomine dictæ Communitatis, ac ſingularium perſonarum facto dederunt cedulam priuatam ſubſcriptam manu dictorum, Ill. D. Pompei Vintimilia de Morra, & Magnifici Vincentij Zamparelli directa dominis de Vbertinis Mercatoribus, & in fine præſentis inſtrumenti regiſtrañ tenoris,

noris,prout in ea ſcutorum mille monetæ, quæ ſcuta mille promiſerũt eiſdem Cõmunitati,& perſonis ſiuè eorum legitimo procuratori reſtituere liberè in euentum in quem non obtineant confirmationem Apoſtolicam vt ſupra promiſſam infra dictos quatuor menſes,ac etiam in euentum in quem dicta Communitas non ratificet inſtrumentum, ſeù ratificari recuſauerit, cuius ratificationis faciendæ contemplatione præſentem concordiam fecerunt,ita tamẽ quod in euentum huiuſmodi reſtitutionis iura fabricæ,& Communitatis & perſonarum prædictarum remaneant integra & illæſa & in ſtatu & terminis,quibus erãt ante præſens inſtrumentum,& vlterius promiſerunt dicti dd. Procuratores concordare D.Rogerium Odoriſium Cõmiſſarium dummodo non poſſit petere vltra centum ſcuta,pro quibus omnibus & ſingulis ſic tenendis complendis firmiter,& inuiolabiliter obſeruandis dicti Illuſtriſſimi D.Præfecti dictam fabricam,& bona &c. ac iura &c. in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligauerunt cum clauſulis &c. citra &c. renunciauerunt &c. appellationi &c. & in mandatum exequtiuum conſenſerunt, iurarunt tacto pectore,more Prælatorum, ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me eodem Notario publico infraſcripto vnum vel plura,publicum vel publica fieri,atq; confici inſtrumentum & inſtrumenta, Actum Romæ in Cancellaria Apoſtolica præſentibus ibidem Magnifico D.Camillo Moretto I.V.D. Piſtorieñ,ac D.Vincentio Caſtronio Romano teſtibus vocatis & rogatis Approbo Franciſcus Notarius, & ego Franciſcus Pechinolus de Ciuitate Caſtellana publicus Apoſtolica auctoritate Notarius in Archiuio DD.Notariorum Romanorum deſcriptus de præmiſſis,vna cum ſupradicto D.Claudio Rouier Notario inſolidum rogatus præſens publicum inſtrumentum ſubſcripſi,& ſignaui in teſtimonium præmiſſorũ requiſitus,tenor dictæ cedule talis eſt, videlicet Molto Magnifico Signor Gio. Battiſta Vbertini piacerà à V.S. pagare all'Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Signori Deputati della fabrica di S.Pietro, & per loro Signorie à M.Iacomo Antonio Lomatio in nome di detta fabrica ſcudi mille di moneta, che ſono per pagamenti d'vna compoſitione fatta queſto giorno tra detti Signori Deputati,& la detta Città di Beneuẽto,che ſaranno ben pagati, di caſa queſto dì 5. di Giugno 1591. Di V.S. Eccellente. Seruitore Pompeo Vintimiglia de Morra Gio. Vincenzo Zamparello, Ego Franciſcus Pechinolus Notarius ſupradictus,

nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, auocationis,caſſationis,extinctionis,annullationis,ſilentij, impoſitionis,confirmationis,approbationis,roboris,adiectionis,ſupplitionis,decreti,derogationis infringere,vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerint incurſurum. Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ 1592. 8.Kal. Iunij Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Iul. CC.
D. Baldus.
D. Mandoſius.
Ioannes Baptiſta Viſſes
Coynduos.
L. Conuentinus.
Hele cc nus.
Belurcurut Rodogneti.

Henricus Gilletis pro Magiſtris.
Aſcaneus Caſtaneus.
C. Pamphilius.
Io. Andreas de Benedictis.
Exp. duc. centum. L. Conuentinus.
B. Facohellus.
N. de Pirotis.

NOS Petrus Miſeratione Diuina Tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano S. R. E. Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, Status Eccleſiaſtici Generalis ſuperintendens, &c.

AD tollendas ſimultates, quæ ex officiorum ambitu contingere ſolent,& vt vnicuique ordini debitus honor ſeruetur de mandato S.D.N. viuæ vocis oraculo,& ex certa ſcientia &c. nobis facto volumus,& præcipimus, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus in diſtributione,& electione officiorum publicorum Ciuitatis Beneuentanæ ſeruetur modus, ordo, & diſtinctio, quæ ſequitur, non obſtantibus ſtatutis,& conſuetudinibus contrarijs, quibus eiuſdem Sanctiſſimi auctoritate derogamus irritũ, & inane, quicquid ſecus &c. Declarantes inſuper ꝙ in prædictis electionibus Nobiles,& Ciues originarij reſpectiuè iuxta ſtatutorum diſpoſitionem,vel cõſuetudinem laudabilem hactenus ſeruatam præferantur,non originarijs,quòdq; pręſentes apud acta publica ad perpetuã memoriã regiſtrentur,& conſeruentur.

Diſtributio Officiorum Ciuitatis Beneuentanæ.

NOBILI.

Al Capoconſole il giudicato della fiera di S.Bartolomeo,& quello di S.Fran-

di S.Franceſco ancora,quale habbia da eleggere vn conſultore che ſia profeſſo, & Dottore Cittadino.

Il Giudice de Catapani ad vn Nobile Dottore, ò profeſſo Cittadino ad elettione del Conſeglio.

Agente della Città preſſo N. S. mentre s'hauerà à tenere col conſenſo di S.Beatitudine ſia Nobile, mà s'elegga dal Conſeglio.

Gl'officiali de caſali vno in perſona d'vn Nobile, l'altro del Popolo ad elettione del Conſeglio.

Sindicatori d'officiali vn Nobile, l'altro del Popolo da eleggerſi dal Conſeglio.

Conſeruatori di Statuti vno de Nobili, l'altro del Popolo da eleggerſi come di ſopra.

Deputati de confini, la metà Nobili, l'altra Popolare da eleggerſi come di ſopra, mà il ſigillo conforme al ſolito ſtia appreſſo al Nobile più vecchio.

Auocato, ò Conſultore della Città, vna volta ſi dia ad vn Dottore Nobile, & l'altra ad vn Popolare, & così di mano in mano ſcambieuolmente ad elettione del Conſeglio.

Ambaſciatori quando verrà il caſo, vn Nobile,& l'altro Popolare, & non ſi paſſi il numero di due,& quando fuſſe vn ſolo, ſia Nobile da eleggerſi l'vno,& l'altro dal Conſeglio come di ſopra.

Altre deputationi ſtraordinarie, che occorreſſero ſi diſtribuiſcano egualmente per elettione del Conſeglio à Nobili,& Popolari.

POPOLARI.

Sindico della Città.

Theſoriero dell'Entrade della Città.

Computiſta della Città.

Cancelliero della Città.

Procuratore Fiſcale delle cauſe criminali.

Protomedico.

Giudice Pedaneo.

Giudice de danni dati.

Reuiſore de danni dati.

Giudicati delle fiere dell'Annuntiata, & Sant'Onofrio.

Giudice della portolania.

Attuario de danni dati, de catapani, & delli caſali.

L'officio

L'officio de Graffieri ſia de tutti li Conſoli inſieme,& che l'aſſiſa della ſettimana ſanta ſi faccia con l'interuento della maggior parte,& l'altra ordinaria con l'interuento di due, vn Nobile,l'altro Popolare.

Alla caſſa delli danari della fiera di S.Bartolomeo ſi mettino due chiaue,vna la tenga il Nobile,& l'altra il Popolare.

Alla maſtria dell'Annuntiata è prouiſto per li ſtatuti che ſia vn Nobile,& vn Popolare,& così s'oſſerui. In quorum fidem &c. Dat.Romę in Monte Quirinale die 21. Septembris 1594.

P. Cardinalis Aldobrandinus.

† Locus ſigilli.

Chriſtophorus Caſtelletus Secr.

BEATISSIMO PADRE.

CAmillo di Morra, & Thomaſo Roſcio diuotiſſimi oratori della ſua fideliſſima Città di Beneuento per beneficio di quel Popolo la ſupplicano humilmente à degnarſi di concedere l'infraſcritte gratie, che tutti reſtaranno obligati, come continuamente fanno à pregare N.S. Iddio per la ſua feliciſſima conſeruatione.

1 Beneuento hà Territorio ſtrettiſſimo,quaſi tutto ſottopoſto al diretto Dominio della Cathedrale, & altri luoghi pij; come anco ſono per vna gran parte l'habitationi della Città,queſti terreni,& caſe per immemorabil conſuetudine ſi ſogliono dare in emphiteoſi à 29. anni, ò altro più longo tempo, il quale finito ſempre ſi è ritornata l'inueſtitura à gl'antichi Coloni,e ſuoi ſucceſſori ſenza laudemio della prima inueſtitura, & poi con qualche augumento di canone sēdo migliorati col ſudore,& induſtria di detti Coloni. Hoggi Monſignor Arciueſcouo non vuole oſſeruare detta conſuetudine,& ſtatuti confirmati dalla Sede Apoſtolica,anzi hà indotto altre chieſe,& luoghi pij à fare la medema contradittione ſotto preteſto di voler ritenere per ſeruitio di eſſe chieſe, onde naſcono molti diſordini,& grandiſſimo danno al Popolo: Si ſupplica dunque la Sãtità Voſtra à degnarſi d'ordinare per ſpetial gratia, attente le coſe prenarrate,che venendo il caſo del tēpo, ò linea finita ſian rinouati à gl'antichi Coloni,ò loro ſucceſſori con il ſolito augumēto del canone,maximè,che le chieſe ſono ricche,& non hanno biſogno. Sãctiſſimus

ctiſſimus D.N.maturius prouidebit,& conſulet publicè vtilitati interim quatenus expedire putent doceant de allegata conſuetudine.
2 La medema Città ottenne gratia da Siſto V.ſan.mem.per Breue ſotto li 30.di Giugno 1588. del quale ſi eſſiibiſſe copia,& è inſerto nel volume delli ſtatuti,che li beneficij eſiſtenti nel Territorio Beneuentano, tanto curati, come ſimplici vacanti nel meſe dell'ordinario,& ſpettanti alla ſua collattione foſſero,ò doueſſero conferirſe dal medeſimo ordinario alli Cittadini originarij,& non ad altri: Si ſupplica per l'oſſeruanza, & che Monſignor Arciueſcouo facci le collationi in tempo.

De mandato S. D. N. D. Archiepiſcopus ſeruet Breue Sixti V. prout iacet,& collationes ſibi ſpectantes faciat debito tempore.

3 Nel Territorio di Beneuento,ſono frà gl'altri doi caſali,vno chiamato S.Angelo à cupolo,l'altro la Motta, doue habitan molti Coloni, & ſuperfitiarij dell'Arciueſcouato, & altre chieſe, nelle quali Monſignor Arciueſcouo pretende giuriſdittione etiandio criminale,si bē confeſſa di non hauerui Territorio,la qual coſa è mera vſurpatione: Però ſi ſupplica di prouiſione, vt abſtineat, & che il Gouernatore deputato dalla Santità Sua caſtighi lui i delinquenti cōforme alla giuſtitia: S. D. N. mandat cauſam videri in Camera,& interim nihil hinc inde innouari.

4 Che il medemo Monſignor Arciueſcouo non ſij Giudice nelle cauſe vertenti frà lui ſteſſo,e la Città,ò altri particolari Cittadini.

Non placet S.D.N. niſi prout de iure.

5 Fù conceſſo altre volte per commodità de Cittadini da Sōmi Pontefici,che l'appellatione del Vicario temporale, ò ſia giudice ciuile diuolueſſero alla corte Arciueſcouale: Si ſupplica,che li Giudici de ſimili appellationi ſtiano à ſindicato, eſſendo cauſe profane, & frà laici,ò vero per l'auenire diuoluano al Gouernatore.

6 Placet S. D. N. quòd Iudices huiuſmodi appellationum pro cauſis ipſius dumtaxat ſindicentur ſingulo biennio.

7 Sixto V. ſan.mem.diede facultà al Conſeglio da eleggere li Conſeruatori de ſtatuti,e Sindico,quali durano vn'anno, & accioche poſſino meglio eſſercitare il loro officio: Si ſupplica la Santità Sua à degnarſi di concederli quelli medemi priuilegij, & eſſentioni, che da Sixto IIII. furno conceſſe alli Conſoli, & Protettori dell'Hoſpitale

l'Hoſpitale dell'Annunciata, come ſe ne dà copia.

Non placet Sanctiſſimo D.N.

8 Le mura della Città rouinate nella guerra di Paolo IIII. han biſogno di reparatione per ſicurezza,& augumento de gl'habitatori: Si ſupplica per il reſarcimento, & che queſt'opera ſi anteponga à tutte l'altre.

Dominus Theſaurarius Generalis de ordine Sanctiſſimi mandet ex redditibus Communitatis applicari huic operi, & conſtructioni pontis ſuper flumen caloris ſcuta bis mille in totum, ſed prius perficiatur pons.

9 Per guardia della Città ſi deſidera formar vna Militia di 800. Fāti ſotto quattro Capitani, dua nobili,& dua popolari: Però ſi ſupplica di conceder facoltà al Conſeglio, che poſſi nominare à queſt'effetto otto,ò dieci perſone idonee,de quali l'Eccellentiſſimo Generale di Santa Chieſa, ò vero Monſignor Gouernatore elegga li ſudetti quattro,con auttorità de arrollare i ſoldati,farli armare,cōmandare,& deputare le guardie ſecondo li biſogni.

Placet S.D.N. & fiat nominatio apud Excellentiſſimum Generalem,ſiuè eius Locumtenentem, qui etiam arbitrio ſuo priuilegia concedenda decernat.

10 Che la chieſa di S.Modeſto de canonici regulari ſij gouernata da Frati del paeſe,& non Lombardi,perche queſti traſportano l'entrade in Lombardia, & non curan di beneficiare quel Monaſtero, nè tampoco vogliono riceuere,& veſtire huomini di Beneuento.

Viſitator à Sanctiſſimo D.N. tranſmittendus prouidebit.

11 Li delinquenti del Regno non s'affidino in Beneuento ſe non conforme al breue di Paolo III.non poſſino portar altr'arme,che quelle che ſono cōceſſe alli Cittadini,& gl'affidati non tenghino più di quattro huomini per ciaſcuno,non delinquenti,nè contumaci.

Placet Sanctiſſimo D. N. & ita ſeruari mandat.

12 L'Hoſpitale dell'Annunciata,il quale oltre gl'ammalati riceue anco gl'eſpoſti,& marita le Zitelle al ſuo tēpo è coſtituito in biſogno, però la Città li fece donatiuo di 300. ſcudi l'anno: Si ſupplica per la confirmatione tanto più,che queſti ſcudi 300. non ſminuiſcono il bilancio dell'entrade:mà ſono di augumento acquiſtato nelle noue locationi,& particolarmente nella cattapania.

Placet Sanctiſſimo D. N. ad triennium tantùm.

13 Il Gouernatore ſia Giudice competente frà gli Appaltatori della Dogana,& li Cittadini,ò foraſtieri nelle differenze occurrenti, perche il venir à Roma è troppo diſpendioſo.

Placet Sanctiſſimo D. N. quòd Gubernator huiuſmodi cauſas cognoſcat tanquam à Camera delegatus.

14 La Dogana, quale riſcuote anco la piazza delle merce, & robbe, ch'entrano,& eſcono à ragione de 12.grana per ogni ſoma di beſtia groſſa,& ſei per beſtia piccola,riſcuota alla medeſima ragione delle merci,che può portare in ſpalla,ò in teſta vn'huomo, ò donna.

Prouidebitur in noua locatione.

15 Il Gouernatore pro tempore ogn'anno facci nominatione di tre perſone Cittadine di buona conditione,&c. de quali vno ſerua per Auocato,ò Procurator Fiſcale conforme alli ſtatuti,& in queſta nominatione gl'Appaltat. della dogana non s'habbiano ad impedire.

Placet Sanctiſſimo Domino Noſtro.

16 Si prohibiſce il tener gioco, ò barattaria in neſſuna caſa,& nè anco nelle ſtrade publiche.

Placet Sanctiſſimo Domino Noſtro, & ita ſeruari mandat.

Ita eſt de mandato S. D. N. P. Cardinalis Aldobrandinus.

† Locus ſigilli. C. Caſtellettus Secr.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD ſollicitudinis noſtræ officium pertinet prouidere, vt Ciuitates noſtri ſtatus Eccleſiaſtici à damnis,& incommodis,quantùm fieri poteſt cuſtodiantur,exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas & homines Ciuitatis noſtrę Beneuentanę,quod hactenus ex conſuetudine,ſeù potiùs ab vſu omnis generis perſonæ,qui opus habent pro eorum negotijs, priuilegijs,& ſcripturis publicis ipſi ciuitati conceſſis & illius negotia,res,& bona concernentibus, ex publico Archiuio, in quo aſſeruantur, & cuſtodiuntur originalia ipſa ſibi concedi,& tradi obtinuerunt,ex quo factum eſt,vt multæ ſcripturæ publicè dictæ Ciuitatis deperditæ,& diſperſæ reperiantur,cùm ingenti damno publico ipſius Ciuitatis,& propterea prædictæ communitas, & homi-

nes nobis ſupplicari fecerunt per dilectum filium Octauianũ de Vipera V.I.D. eorum conciuem,& oratorem apud nos,noſtrãq; Sedem Apoſtolicam, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui honeſtis petentium votis noſtrum non denegamus aſſenſum, eoſdem communitatem,& homines ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequeñ eosq;, & ſingulares ipſius communitatis perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine,quauis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cēſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, * quòd de cætero perpetuis futuris tēporibus, nulla omninò cuiuſuis ſexus perſona quauis auctoritate fungens,& dignitate fulgens ab archiuio dictæ Ciuitatis aliquarum ſcripturarum,aut priuilegiorum, actorũ,proceſſuũ,originalia in quibus de iuribus,actionibus,rebus, & bonis dictę Ciuitatis tractatur abſtrahere,vel àſportare ex quauis cauſa etiam neceſſaria,& apud ſe retinere,vel cuiquam extra archiuium prædictum tradere, & conſignare poſſit,aut debeat, ſub excommunicationis maioris latæ ſententię pęna eo ipſo incurrenda,abſq; aliqua declaratione Apoſtolica auctoritate tenore præſentium inhibemus,ſed quòd * in euētum in quem aliquis ſcripturis prædictis indigeat,ei copia illorum authentica per Notarium fidelem,& legalem,ſiuè per ipſius communitatis ſecretarium ſubſcripta,atq; ſigillo Communitatis munita, cui eandem prorſus fidem,tam in Iuditio,quàm extra adhibeatur, ac ſi originales ſcripturæ ipſæ oſtenderentur, vel producerētur concedi poſſit, ac debeat, volumus, * & ordinamus,præterea vniuerſis, & ſingulis perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus,& conditionis exiſteñ præſentibus,& futuris, & ſub eadē excōicationis pœna diſtrictè præcipimus,& mandamus quatenus infra quindecim dies poſt notificationem præſentium eis faciendā quaſcunq; ſcripturas publicas,& priuatas ad dictam Ciuitatem ſpectañ,& pertineñ,quas apud ſe priuatè habuerint ad archiuium prædictum deferre omninò debeant,& teneantur,ac irritum, &

Nullus extra hac,aut vt extra archiuiũ cōmunitatis extrahi cōcedat priuilegia, & aliarũ ſcripturarum originalia.

Indigēti ſcripturis in d. archiuio exiſtētibus illarum copia p Notarium,ſiuè per Secretarium Cōmunitatis ſubſcriptã, & eiuſdē ſigillo munita concedatur.

Mādat vt infra quindecim dies poſt notificationem præſentium, vtquilibet habens ſcripturas ad cōitatē ſpectantes ad illius archiuiũ deferre teneatur.

inane decernimus, ꝗcquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ciuitatis prædictæ, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, etiã eidem Ciuitati, illiusq; Communitati, & hominibus, ac particularibus perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibus clauſulis irritãtibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpetie, aut aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumq; tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, vel exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de vèrbo ad verbum hic inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè hac vice derogamus cæterisq; cõtrarijs quibuſcunq;. Dat. Ferrarię ſub Annulo Piſcatoris die 13. Maij 1598. Pontific. Noſtri Anno Septimo.

M. Veſtrius Barbianus.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Poſſidentes bona in territorio Beneuentan. annuã recognitionẽ Communitati ſoluant.

EXpoſuit Paſtoralis officij noſtri prouidentia, vt non ſolùm circa ſpiritualia, ſed etiam circa temporalia oculos mẽtis dirigentes indemnitatibus noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ ſubditorum conſulamus, ac deſuper diſponamus, prout cõſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas, & homines Ciuitatis noſtræ Beneuentanæ, quòd licèt Ciues incolæ dictæ Ciuitatis, & illius Territorij ſubditi noſtri poſſidẽtes bona, & terrena, domos, poſſeſſiones, prædia, & alia huiuſmodi extra Ciuitatem, & Territorium huiuſmodi ſub dominio Regni Neapolitani ratione eorundem bonorum ad ſolutionem certæ recognitionis officialibus, ſeù alijs perſonis dicti Regni faciendam, teneantur, nihilominus Regnicolæ in Ciuitate, & Territorio prædictis bona ſtabilia

bilia poſſidentes aliquid ſuorum bonorum prædictæ Ciuitati minimè perſoluunt, & hinc fit, vt aliqui Barones, & alij particulares Regnicolæ maximè in confinibus Regni, & Territorij Beneuentani, Terrena, limitropha huiuſmodi paulatim ab huiuſmodi Territorio demere nituntur, & iuriſdictioni Regiæ ſubijcere, & cum ex præmiſſis non ſolùm dictæ Ciuitati, ſed etiam Cameræ noſtræ Apoſtolicæ damnum inferatur, & timeatur, ne ipſum damnum in dies creſcat, ac variæ lites deſuper oriantur, dicti Communitas, & homines, nobis humiliter ſupplicari fecerunt per dilectum filium Octauianum de Vipera V. I. D. eorum Conciuem, & Oratorem apud nos, noſtramq; Sedem Apoſtolicã quatenus in pręmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Cameræ Apoſtolicæ, ac ſubditorum noſtrorum particularem curam gerere, eorumq; damnis occurrere debemus in eiſdem præmiſſis officij noſtri partes interponere volentes, ac dictorum Cõmunitatis, & hominum particulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijsq; Eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quõlibet innodati exiſtunt ad effectum præſentiũ dumtaxat conſequen harũ ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ꝙ omnes, & ſingulæ perſonæ vtriuſq; ſexus tam ſeculares, quàm Eccleſiaſticæ iuriſdictioni Regni Neapolitañ ſubiectæ cuiuſcũq; ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, etiam Ducali, Principali, Marchionali, Baronali, Comitiali, & alia quauis dignitate, & auctoritate fulgentes, & fungentes, necnon vniuerſitates, communitates, confraternitates, capitula, & collegia quæcunq; quæ in Ciuitate, & Territorio Beneuentano prędia, poſſeſſiones, & terrena ad præſens obtinet, & in futurum obtinebunt, quæcunq; & qualiacunq; extiterint, vt huiuſmodi bona à bonis ſubditorum Ciuitatis, & Territorij huiuſmodi diſtinguantur, & sẽper recognoſcantur, vt omnis occupationis in dictæ noſtræ Ciuitatis, & Cameræ damnum ſuſpicio remoueatur, ex nunc, & in perpetuum, teneantur, & obligati exiſtunt ratione eorumdem bonorum dictæ Ciuitati, ac illius Communitati ſimilem recognitionem, & ſolutionem facere, qualem Ciues Beneuentani ſubditi noſtri ratione bonorũ per eos in Territorijs, & iuriſdictionibus Regni Neap. poſſeſſorum facere conſueuerunt, ac ad id ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pęna, alijsq; iuris, & facti remedijs opportunis cogi, & compelli poſſint,

ita ta-

ita tamen quòd Ciues huiuſmodi Ciuitatis,& Territorij Beneuentani ſi huiuſmodi bona à Regnicolis poſſeſſa acquiſiuerint, vel illa ad eos deuenerint,ab huiuſmodi recognitione,& ſolutione facienda exempti & abſoluti remaneant,Apoſtolica auctoritate perpetuò,tenore præſentium,ſtatuimus,& ordinamus, ac cuicunq; ſeù quibuſcunq; contra ſtatutum,& ordinationem huiuſmodi reclamañ, & appellañ poteſtatem denegamus,& os claudimus, ſicq; per quaſcunq; Iudices,& Commiſſarios,ſeù quoſcunq; alios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, diffiniri,& interpretari debere;necnon irritum, & inane decernimus quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, quo circa moderno,& pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo, & Gubernatori Beneueñ per eaſdem præſentes committimus,& mandamus,vt quoties pro parte dictorum Communitatis, & hominum ſuper hoc fuerint requiſiti, aut alter eorum fuerit requiſitus præſentes,& in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes faciant ea auctoritate noſtra ſub prædictis pœnis, alijsq; arbitrio ſuo imponeñ,moderañ,& applicañ, etiam per detractionem, & ſequeſtrationem fructuum,necnon bonorum,eorumdem confiſcationem, venditionem, ac ſubhaſtationem, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia per eos, ad quos ſpectat, & ſpectabit inuiolabiliter perpetuò obſeruari. Nos.n.ipſis Archiepiſcopo,& Gubernatori, ac cuiuſuis eorum,quos vbi,quando & quoties, ac quibus opus fuerit, & per edictum publicum conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, citandi & inhibendi, aliaq; in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi,dicendi,gerendi,mãdandi,& exequendi,plenam & liberam auctoritate prædicta concedimus facultatem, non obſtantibus præmiſſis, ac regula noſtra de iure quæſito non tollendo,alijsq; conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon Ciuitatis,& Territorij Beneueñ huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,priuilegijs quoq; indultis,& literis Apoſtolicis Regnicolis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis,& concedẽdis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Ferrariæ ſub Annulo Piſcatoris die 13. Maij 1598. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Declaratio

Declaratio ſuper aſſecuratione faciendæ in Ciuitate Beneuentana.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

OFficij noſtri partes ſunt inter cętera curare, vt in Statu noſtro Eccleſiaſtico quietè, & pacificè viuatur, omniſq; mali exempli occaſio remoueatur, cùmq; ſicut nuper nobis exponi fecerunt dilecti filij Communitas, & homines Ciuitatis noſtræ Beneuentan. per dilectũ filium Octauianum de Vipera V.I.D. eorum apud Nos noſtramq; Sedem Apoſtolicam Agentem quoad ad Ciuitatem eandem quæ vndiq; Prouincijs Regni Siciliæ citra Pharum circundata exiſtit tanquam ad aſylum plures Regnicolæ delinquentes ſe recipere cõſueuerunt in maximum damnum, & peximum exemplum eorumdem Ciuium. Quare nos ſubditorum noſtrorum quieti conſulere volentes, & nè exteris ob crimen ab eorum patria Exulibus in eandem Ciuitatem & comitatum confugientibus per eorum aſſecurationem magis delinquendi occaſio præbeatur, & nè ẽt in totum facultas Gubernatoribus Ciuitatis eiuſdẽ pro tempore exiſtentibus ab immemorabili tempore citra conceſſa, aſſecurationes huiuſmodi faciẽdi tollatur, aliquam rationabilem formã deſuper præſcribere volentes, conſtitutionibus fel. rec. Pauli Papæ III. Pij V. & Sixti etiam V. Prædeceſſorum noſtrorum inhærentes, illaſque quatenus opus ſit, innouantes Motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia, & matura deliberatione harum ſerie præcipimus, & volumus, ꝙ nunquam de cætero perpetuis futuris temporibus in Ciuitate prædicta, eiuſue Territorio, & comitatu, lęſę Maieſtatis, & Aſſaſſinij criminis rei, Monetarij, Incendiarij, Raptores, Latrones, viarũ craſſatores, paciſq; violatores, quiuè homicidia doloſè, vel appenſatè, ſeù etiã ſimilia, pariaue, ſeù maiora crimina commiſerũt, & in poſterùm committent, eorumq; omnium prædictorum complices, ſeguaces, & fautores aliquo modo recipiãtur, aut ſecuri, & tuti fiant, quinimò ſi illuc peruenerint, capiantur, & carcerari mancipentur, donec per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ſeù per illum Cardinalem qui ſuper Status Eccleſiaſtici negotijs conſultationi præerit, ordinatum fuerit, quid de ipſis facinoroſis carceràtis agendum ſit. Eos vero qui non prędictorũ, ſed aliorum minorum criminum rei, aut inquiſiti fuerint, ad permanẽdum

dum in eadem Ciuitate,comitatu,& territorio per illius Gubernatorē nunc & pro tempore exiſtētem ſub infraſcriptis conditionibus aſſecurari tantùm permittimus,& indulgemus,hoc eſt pręſtita per ipſos idonea cautione attenta delicti,& perſonarum qualitate (circa quantitatem tantùm cautionis pręſtādæ arbitrio Gubernatoris) de benè,quietè,& pacificè viuendo toto tempore quo in eadem Ciuitate,comitatu, & Territorio erunt permanſuri,& ab eadem,eiuſuè Territorio,& comitatu non diſcedendo, quòdq; in ſupplicationibus per eos porrigendis pro affida,ſeù aſſecuratione hmōi obtinenda propriè,indiuiduè,& explicitè qualitatem delicti pro quo aſſecurari deſiderant cum illius circumſtantijs exprimere teneantur,decernētes nullam generalem clauſulā illis pro futuram,& affidam,atq; aſſecurationem omnē contra vel præter formam huius noſtræ conſtitutionis nullius eſſe roboris,vel momenti,eisq; in nihilo ſuffragari,ac in decretis per Gubernatorē Ciuitatis eiuſdē deſuper interponēdis propriè,explicitè,& indiuiduè delicta cum eorum qualitatibus,pro quibus ipſos ad permanendum in eadem Ciuitate,Territorio,& comitatu aſſecurari contingat exprimi debere. Qua Affida,& aſſecuratione per eundem Gubernatorem vt pręducitur facta,debeat ipſæ de ea infra quindecim dierum ſpatium illi Cardinali,qui noſtrę,& ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſuper Status noſtri Eccleſiaſtici negotijs conſultationi,ſeù conſultæ præerit, ipſarum precum,& decreti deſuper interpoſiti exemplum tranſmittere,affidatus verò,ſeù aſſecuratus etiam infra duos menſes affidæ,ſeù aſſecurationis huiuſmodi confirmationem à prædicta conſulta petere,& obtinere teneatur,quibus elapſis,& confirmatione vt præfertur nō obtenta,& per ipſum penes acta Gubernatoris non exhibita, vt per illius Notarium regiſtretur,ſi vltra viginti quatuor horarum ſpatium in eadem Ciuitate,eiuſuè Territorio,& comitatu moram traxerint, affida , ſeù aſſecuratione quam à Gubernatore obtinuerint,non obſtañ tā per Curiam prædicti Gubernatoris,quàm per alium quemcūq; ordinariā iuriſdictionem in eadem Ciuitate habētem capi,& carcerari,ac de criminibus etiam in Regno patratis inquiri,& puniri poſſit:mandamus ēt Actorum Magiſtro Gubernatoris Ciuitatis eiuſdem pro tpe exiſten. ſub pęna amiſſionis officij, & inhabilitatis ad illud,& ſimilia in poſterum obtinenda,& alijs pęnis ēt pecuniarijs arbitrio Gubernatoris imponendis ipſo facto incurrendis,vt tam affidas, ſeù aſſecurationes per

Guberna-

Gubernatores ipſos vna cum illarum ſupplicàtionibus,q̃ etiam cõfirmationes per prędictam conſultam,vt præfertur obtentas infra biduũ, à die quo illæ ipſi exhibitæ fuerint in libris ad id deſtinatis ręgiſtrare, illasq́; videre volentibus gratis, & nulla pęnitus mercede recepta ẽt à ſpontè dãtibus,vel offerentibus exhibere debeãt,& teneãtur. Quòdq́; in Ciuitate eadẽ eiuſdem Territorio,& comitatu nemo cuiuſuis ſtatus gradus,dignitatis,& conditionis exiſtat,qui inimicitiam aliquam cum aliquo Ciue,vel Incola,ſeù diſtrictuali Ciuitatis prędictę haberet,eiuſuè cõſanguineos,ſeù affines,vſq; ad quartum gradum de iure canonico incluſiuè computan.offendiſſet,interficiẽdo,vulnerando,aut percutiendo ad permanendum in Ciuitate eadem eiuſuè Territorio, & comitatu affidari,ſeù aſſecurari nullo modo valeat. Quinimò ſi ipſi, vel ipſorum aliquis qui ad inibi permanendum fuerint affidati,ſeù aſſecurati ẽt per Nos, & ſucceſſores noſtros Rom.Pontifices,ſeù eorum conſultam aliquam inimicitiam contraxerint cum Ciuibus,vel incolis,ſeù diſtrictuali Ciuitatis eiuſdem illorum aliquem percutien.vulnerando. aut ſi mulierem pudicam attentauerint, vel iniuriam aliquam ẽt verbalem atrocem tamen,attẽta perſonarum qualitate contra quemlibet ipſorum protulerint,aut in ipſis participes,ſeù auxiliatores fuerint,nõ tm̃ ad ſolutionem cautionis per ipſos præſtitæ de benè quietè, & pacificè viuendo teneri,ſed ẽt ipſo facto disfidati cenſeantur,& ampliùs ad permanen.in eadem Ciuitate affidari, ſeù aſſecurari non poſſint, & ꝙ tam pro hmõi delictis per ipſos tam in Ciuitate Beneuentana, eiuſuè Territorio,& comitatu,q̃ alibi commiſſis,etiam ſi de eis affidati,ſeù aſſecurati fuerint inquiri, & puniri poſſint per illius Ciuitatis Gubernatorem. Quòd ſi Gubernator ipſe pro tp̃e exiſtẽs præmiſſa omnia iuxta eorũ formam,ſeriem,& tenorem non obſeruauerit,ſeù ab illis ad quos ſpectat obſeruari nõ curauerit priuationis officij & inhabilitatis ad illud,& ſimilia in poſterũ obtinenda,ac etiam alijs pęnis arbitrio noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Summorum Pontificum pro tp̃e exiſten. ipſo facto incurrat. Sicq́; & non aliter per quoſcunq; Iudices ordinarios & delegatos iudicari,& diffiniri debere ac irritum & inane decernimus quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan.præmiſſis, & quibuſuis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon ſtatutis,& cõſuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis

firmitate alia roboratis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.
Datum Romæ apud Sãctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Nouembris 1600. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Abſolutio à cenſuris incurſis & commutatio pœnæ excõmunicationis cõtra procuratores aut ꝓmittentes vota pro obtinẽdis officijs à cõmunitate in pęnam pecuniariam, & inhabilitatis ad officia prædicta ꝑ triẽnium.

SEdes Apoſtolica pia mater recurrẽtibus ad eam poſt exceſſum cum humilitate filijs libenter ſe propitiam exhibet, & benignam. Expoſitum ſiquidem nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Ciuitatis noſtrę Beneuentanæ, quod aliàs fel. rec. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter ad ſupplicationem Communitatis, & hominum dictæ Ciuitatis cupientium, quòd ipſius Communitatis officia perſonis pro meritis, & non per mendicata ſuffragia concederentur, ad remouendum Ciuium ambitum decreuit, quòd quiſquis officia petijſſet, vel petenti ſuffragia promiſiſſet, ſeù præſtitiſſet excommunicationis pęnã ipſo facto incurreret, quòdq; dubitatur multos ipſorum Ciuium eo quod pro conſequendis ſimilibus officijs vota procurauerint, & alijs promiſerint, ſeù dederint cõtra formam dicti decreti, prædicta excommunicationis pœna illaqueati reperiantur. Præterea pro ſtatus, & conſcientiarum eorundem Ciuium ſecuritate, ac animarum ſalute cupiunt communitas, & homines prædicti per nos ſuper hoc, vt infra benignè prouideri, idq; à nobis humili ſupplicatione petierunt. Nos igitur qui cũctorum Chriſtifidelium animarum ſalutem paſtorali charitate procuramus cum dictis Ciuibus more pij Patris agere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, & ſingulos Ciues dictæ Ciuitatis Beneuentañ, qui in huiuſmodi excommunicationis pęnam ob præmiſſa quomodolibet incurrerint ab eadem pœna auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, gratioſè abſoluimus, & liberamus. Præterea ne de cætero eorum animæ huiuſmodi pœna illaqueantur huiuſmodi excõmunicationis pęnã perpetuo tollimus, & abrogamus, ſed eiuſdẽ pœnæ loco quemcunq; Ciuem, qui ſimilia officia deinceps petierit,

tierit, vel petenti ſuffragia promiſerit, ſeù præſtiterit, eo ipſo viginti quinque ſcutorum pro qualibet vice Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicandorum, ac inhabilitatis per triennium ad officia publica, & ad locum,& vocem in Conſilio dictæ Ciuitatis actiuè, & paſſiuè habendum pęnas incurrere volumus, ſicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus,& declaramus. Non obſtañ præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 1 o. Maij 1 6 o 4. Pontificatus Noſtri Anno Tertiodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

A tergo. All'Illuſtre & Molto Reuerendo Signor come fratello il Gouernator di Beneuento, extat ſigillum. *Intus vero.*

Ill.& Molto Reu. Signor come fratello; Il modo che ſi è tenuto coſtì nell'elettione del nuouo Conſeglio non è ſtato buono, e ſoggiace à manifeſte nullità; Io tuttauia per non ripigliare ogni coſa da capo me contento confermarla, e la confermo ſanando ogni difetto in tutte le ſue parti,eccetto nelle ſeguenti. Prima Girolamo Capobianco per eſſer Ceſare di Murrillo della medeſima famiglia ſi deue eſcludere, & io l'eſcludo con l'auttorità mia ſurrogando in ſuo luogo Carlo Sallarolo, à Thomaſo Maſcambono,à Gio.Battiſta di Blaſio,& Annibale Capaſſo aſſenti, V.S. prefiga ſubito in mio nome termine d'vn meſe à ritornare coſtà, e con effetto habitarui (almeno durante il biennio) ſe vogliono godere il luogo del Conſeglio facendole intimatione alle ſolite loro caſe in ſcritto, e ſe fra detto termine nõ ritorneranno come ſopra ancor eſſi reſtino eſcluſi,& in luogo del primo ſi rimetta Scipione Maſcambono, per il ſecondo Pompeo Griffi, & per il terzo Detio Sauariani,delle cui perſone hò tutta quella bona informatione che biſogna;inoltre poi che intẽdo ancora non eſſere diſtribuiti gl'officij publici ſecondo la diſtintione, e forma ch'io le mandai molti giorni, voglio anzi commanda N. S. che detta diſtributione in quella parte che ſpetta alla nobiltà ſi faccia per ſuffragij ſecreti dalli nobili ſoli, in preſenza di lei,ſenza interuento di popolari,li quali poi all'incontro ſen-

za l'interuento de nobili facciano la parte loro nel medeſimo modo; Però V.S. ſenza ammettere contradittione, ò far'altra replica eſequiſca puntualmēte queſto con la preſente da me le viene ordinato, e gouernisi di maniera che non ſe ne ſenta ſtrepito ò diſordine alcuno, poi che tutto ſi fà à beneficio della quiete publica, & il Signor la conſerui, di Roma li 4. di Nouembre 1594.

Di V.S. come fratello Il Card. Aldobrandino.

Quæ literæ poſtquam fuerūt lectæ per me Secretarium fuerunt per Magnificum D. Sindicum oſtenſæ & præſentate D. Conſulibus de Populo, qui omni qua decet reuerentia ſupra caput receperunt, & nonnullas gratias agentes, & ita &c.

Li Signori Nobili riceuono ancora ſopra la teſta la predetta lettera mandata dall'Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Signor Card. Albrandino, la quale eſſendo ſtata fatta con tanta circonſpettione, & prudenza per la buona adminiſtratione di queſta Città, la ringratiano di tanta gratia, & penſiero che hà di queſto publico, ſupplicando ancora Monſignor Gouernatore di farle gratia concederli copia.

Quia admodum Illuſtris & Reuerendiſſimus D. Gubernator petitā copiam conceſſit tam Nobilibus, quàm Popularibus, & ita &c.

A tergo. All'Illuſtre, & molto Reuerendo Signor come fratello il Gouernatore di Beneuento. *Intus vero.*

Ill. & Molto Reu. Sig. come fratello, il modo che ſi tiene coſtì nell'eſſeguire in coſe ciuili cō ſerrare porte di caſe, botteghe, molini, & altre coſe ſimili, ſecōdo che à nome di coteſta Città ſi preſuppone con l'inchiuſo memoriale non ſi approua da queſta Sacra Cōſulta, quādo per altra ſtrada ſi poſſa pagare il creditore, ò pignorare; Però V.S. non lo permetti nell'auuenire, auiſando quando habbia coſa in contrario, e Dio la ſalui di Roma à 28. di Luglio 1601.

Di V. S. come fratello Il Card. Aldobrandino.

Tenor ſuprascripti memorialis.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Signore: Per la Città di Beneuento s'eſpone à V. S. Illuſtriſs. come in eſſa Città vi è vn'abuſo nell'eſſequire per coſe ciuili, perche occorrendo far dette eſecutione in coſe ſtabili ad inſtāza delle parti, ò che vogliono così eſſe parti, ò l'eſecutori, ſi ſerrā caſe, botteghe, molini, & altre coſe ſimili, il che è con grādiſſimo dāno & intereſſe

intereſſe delle parti; Però humilmente ſi ſupplica V.S. Illuſtriſſima à degnarſi ordinare, che non ſi poſſa per eſecutione ciuili ſerrare caſe, botteghe, molini, & altre coſe ſimili: mà che l'eſecutione ſi faccia nella proprietà, e frutti d'eſſi beni, & il tutto ſi riceuerà à gratia da V.S. Illuſtriſſima, quam Deus, &c.

A tergo. All'Illuſtre & molto Reuerendo Signor come fratello il Gouernatore di Beneuento. *Intus vero.*

Ill.& Molto Reu. Signor come fratello. La Sãtità di N.S. hà rimeſſo alla Cõſulta l'inchiuſo memoriale preſentatole à nome di coteſta Città in materia dell'abuſo introdotto coſtì di fare ſerrare botteghe, caſe, molini, & coſe ſimili, & fare sfrattare d'eſſe gl'inquilini per l'eſecutioni ciuili che ſopra eſſi ſi fanno con ordine che conſiderato ſi prouegga maſſimè quanto à i molini per li quali pare à S.B. che ſi poſſa dare l'ordine che deſidera la Città, cioè che l'eſecutioni ſi facciano nella proprietà delli beni, & nelli frutti ſenza ſtringere gl'inquilini à partire: mà laſciarli cõtinuare nel loro affitto, & depoſitar quel che deueno pagare, quando però la coſa eſeguita non ſi venda ad inſtanza del creditore, nel qual caſo ſi debba dare all'inquilino vn termine competente à sfrattare; Sarà dunque V.S. contenta di prouedere che queſta mente & ordine di S.B. venghi eſeguito, & Dio N.S. la conſerui, di Roma à 2. di Febraro 1602.

Di V.S. come fratello — Il Card. Aldobrandino.

Tenor memorialis.

B.^mo^ Padre. Nella Città di Beneuento deuotiſſima Oratrice della Santità Voſtra s'oſſerua che ſe ſarà relaſſato il mandato eſecutiuo contra alcuno per coſe ciuili ad inſtanza de parte in virtù del qual mandato eſeguino caſe, botteghe, molini, & coſe ſimili, & ritrouandoſi appigionate aſtringono l'inquilini ad andarſene via, & ſerrano li luoghi eſeguiti, il che non ſolo è di diſturbo, & dãno à quelli che ſe le trouaſſero tenere in affitto biſognando così all'improuiſo, & ſenza colpa loro andar trouando noua habitatione: mà nè anco è vtile à quelli ad inſtanza de quali ſi fá l'eſecutione, perche mentre non corre la pigione à fauore del Padrone delli beni eſeguiti, tanto meno il creditore hà commodità di ſodisfare; Per tanto ſi ſupplica la Sãtità Voſtra à degnarſi far gratia ad eſſa Città d'ordinare che ſimili eſecutioni

tioni ſi facciano nella proprietà d'eſſi beni,& nelli frutti,& che nõ ſiano aſtretti l'inquilini à sfrattare:mà debbano continuare, & preſiſtere nel loro affitto , & depoſitare quel che doueſſero pagare all'vtile Padrone della coſa eſeguita, & occorrendo che la coſa eſeguita ſi venda ad inſtanza del creditore, in tal caſo ſi debba dar all'inquilino vn termine conueniente à trouarſi noua habitatione,e sfrattarne,& rilaſciarla al nuouo Padrone;il che eſſa Città lo riceuerà à ſingulariſſima gratia dalla Santità Voſtra,quam Deus &c.

Die 28.Menſis Febr.1602. Beneuenti &c. Coram per Ill.& Reuerendiſs.D.Gubernatore Ciuitatis Beneuenti comp.D.Sindicus eiuſdẽ Ciuitatis exhibendo V.per Ill.& Reuerendiſs. D.literas Sacræ Cõſultæ mandantes, quòd apotecæ,molendina, & domus,ac caupone non claudantur inſtat illas aperiri, & conſignari ipſi D. Sindico ad hoc vt illis in futurum vti valeat,& ita inſtat,& ſuppl. omni meliori modo, & ad vberiorem cautelam veſtro mediante decreto prouideri,& decerni quod in futurum non claudantur pro exequutione ciuili molendina, apotecæ,caupone,& domus,iuxta ſuppl.porrectã S.D.N.Papæ Clem. VIII.& quod ad vnguem ſeruentur ſupplicata,& ita &c.

Qui per Ill.& Reuerendiſs.D.Gubern. ſedens &c.viſis &c. ſupradictas literas ſupra caput recepit omni qua decet Reuer. & mand. exequi iuxta illarum ſeriem,& tenorem,& copiam authenticam vna cum ſupplicatis dec. & ita &c.

P. Zambeccarius Gubernator.

Concordat &c.meliori &c. & in fidem Ego N.Hierony. Collus Beneuen.& Ciuitatis præfatæ Secr. meum ſignum appoſui, &c.

A tergo. All'Illuſtre & molto Reuerendo Signor come fratello il Gouernator di Beneuento. *Intus vero*.

Ill.& Molto Reu.Signor come fratello, s'è fatto più volte inſtãzà in nome di coteſta Città per la riforma delle Taſſe de Notarij, e Giudici nelle cauſe commiſſarie, ſopra di che queſta Sacra Conſulta vltimamẽte hà riſoluto che ſiano al doppio di quello,che li ſtatuti dell'iſteſſa Città cõcedano à detti Notarij,e Giudici nelle cauſe ordinarie, auertẽdo però in cõformità della ragion cõe che le cauſe commiſſarie;s'intẽdono quelle che ſi cõmettono di quà per Breue, e ch'altramẽte non ſpettano al Tribunale iure ordinario,ò vero doue s'altera la giuriſdittione

tione intendendo queſta riforma per tutti li Giudici eccettuando però quelli del Tribunale Archiepiſc. così dunq; farà oſſeruare per l'auuenire, & Dio N. Signore la contenti, di Roma à 3. di Maggio 1603.

Di V.S. come fratello Il Card. Aldobrandino.

A tergo. All'Illuſtre & Molto Reuerendo Signor come fratello il Gouernatore di Beneuento. *Intus vero*.

Ill. & Molto Reu. Sig. come fratello, Sarà qui inchiuſo vn memoriale preſentato alla Santità di N.S. à nome di coteſta Città, & da Sua Beatitudine rimeſſo alla Cõſulta, doue eſſendoſi tenuto prepoſito delli aggrauij che ſi narrano in eſſo, ſi è riſoluto dire à V. S. che rimedij à detti aggrauij, & faccia oſſeruare puntualmente li Statuti che ſono pure da loro ſteſſi aſſai rigoroſi, & Dio N. Signore la contenti, di Roma li 10. di Decembre 1603.

Di V.S. come fratello Il Card. Aldobrandino.

Tenor Memorialis.

B.^mo^ Padre. Nella Città di Beneuento per diſpoſitione delli ſuoi Statuti conceduroli dalla Santa Sede Apoſtolica, s'oſſerua che producendoſi via executiua alcun'inſtrumento, quello contro del quale ſi produce, ſe non paga fra otto giorni dopò relaſciato il mandato executiuo s'intende incorſo nella pena d'vn groſſo per ſcudo, quale pena è della Reuerenda Camera Apoſtolica.

Hora l'Appaltatori di dette pene, alle volte prodotto che è l'inſtrumẽto, e relaſſato il mandato per la ſorte principale, fanno eſequire per la pena, nella quale il debitore non è ancora incorſo, per non eſſere paſſati gli otto giorni conceduroli à pagare il ſuo creditore.

Secondo, per l'isteſſi ſtatuti ſi diſpone che facendoſi alcuna eſecutione per coſe ciuili, ſi debba aſſignare vn certo termine al reo à riſcoterſela, quale paſſato ſi venda all'incanto.

Hora occorrẽdo di venderſi per le pene predette alcuna delle coſe eſequite, detti Appaltatori le fanno vendere ſenza che ſi conceda detto termine, e ſenz'altra citatione; per il che vi ſi poſſono commettere molte fraudi facendoſi all'improuiſo, e ſenza ſaputa di chi ci pate intereſſe: per tanto ſi ſupplica la Santità Voſtra à degnarſi ordinare che detti Appaltatori non poſſano, nè debbano fare eſequire per dette pene, ſe non dopò paſſati detti otto giorni, e che non poſſano venire all a

re alla vēdita delle coſe eſequite,ſe prima il Reo nō ſarà citato,& aſſignatoli il tēpo à riſcoterſele cōforme alla diſpoſitione di detti Statuti, il che ſi riceuerà à ſingolariſſima gratia dalla Sātità V.quā Deus &c.

CONSTITVTIO S.D.N. PII PAPAE V. Super forma creandi cenſus.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVm onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe,& in dies celebrari cenſuum contractus,qui nedum non continentur intra limites à noſtris Anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos,verùm etiā quod deterius eſt,contrarijs omnino pactionibus propterea ardentem auaritię ſtimulum,legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, non potuimus animarū prout tenemur ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus ēt ſatisfacientes,tā graui morbo,lætiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum,ſeù annuum reditū creari,conſtituiuè nullo modo poſſe,niſi in re immobili,aut,quę pro immobili habeatur,de ſui natura fructifero,& quę nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum niſi verè in pecunia numerata,præſētibus teſtibus,ac Notario,& in actu celebrationis inſtrumenti,non aūt prius recepto integro,iuſtoq; pretio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant,fieri,aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè,aut indirectè obligātes ad caſus fortuitos eum,qui aliàs ex natura contractus,non teneatur,nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rē cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſinè ſolutione laudemij, ſeù quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei,tam inter viuos,quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autē vendenda ſit,volumus dominum cenſus alijs omnibus præferri,eiq;denun tiari conditiones quibus vēdenda ſit,& per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſātis,vel ad cambium,ſeù certas expēſas,aut certa ſalaria,aut ad ſalaria, ſeù expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam,ſiuè aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu,ſiuè aliundè acquiſitum perdere, aut in aliquam pęnam cadere,ex toto irrita ſint,& nulla. Imò & cenſum augeri,& nouum creari

ſuper

ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus, ſicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerũ ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos non ſolùm re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui: non obſtante longiſſimi etiam tpis, ac immemorabili, immo cẽtum, & plurium annorum pręſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunq; verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cùm vero traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denuntiam, intra annum tamen, ẽt ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annũ exigatur, volumus nihilominus quãdocunq; reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntia de qua ſupra, & non obſtantibus his de quibus ſupra, idq; obſeruari mandamus etiã quod pluries, ac pluries denunciatum fuiſſet nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia pretium cẽſus extra caſum prędictum, ab inuito, aut ob pęnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omninò prohibemus. Contractusq; ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creando, verumetiam in creato quocunq; tempore alienando, modo poſt publicationem cõſtitutionis creatus ſit, perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporũ, aut contrahentium qualitatem, ſeù aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipſam ad contractus iã celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti cõſulant. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, & literis ẽt per quoſcunq; Rom. Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub

quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarũ derogatorijs, necnon irritantibus decretis, ex quauis cauſa, etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiuè in fauorem vniuerſitatum, communitatum, collegiorum, congregationum, ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtræ conſtitutioni in toto, vel in parte contrarientur, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod pręſentes in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficilè foret præſentes ad ſingula quæq; loca deferri, volumus, & etiã declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorſus fides vbiq; adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 4. Kal. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.   Cæſ. Glorierius.   H. Cumin.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1569. indictione 12. die vero 29. mẽſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quarto, retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroſcriptis, videlicet ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Florę per nos Camillum Cherubinum, & Chriſtianum de Monte, prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſores.   Ioannes Guerardus Magiſter Curſorum.

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroſcriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ 1568. die vero Sabbati 29. Menſis Ianuarij, Pontificatus D.N.D. Pij Papæ V. Anno quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

CON-

CONSTITVTIO S. D. N. D. SIXTI PAPAE V. ſuper contractibus ſocietatum ad caput ſaluum, vel alia pacta illicita continentibus. Et quomodo in poſterum iniri debeant.

SISTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Deteſtabilis auaritiæ ingluuies, & inſatiabilis lucrandi cupiditas malorum omnium radix, vſq; adeo excæcat mortalium mētes, vt multi nimis auidè lucro inhiātes in laqueos, & inſidias Diaboli miſerè incidant: irrepit. n. verſutè, & callidè antiquus humani generis hoſtis per varios dolos, & fallacias, & incautos homines, quæſtus dulcedine captos, ac delinitos, opprimit: atq; eo perducit, vt ſeipſos in vſurarum voraginem Deo hominibusq; odioſam, ſacris canonibus dānatam & Chriſtianæ charitati contrariam fœdè immergant: & dùm vanas, & terrenas diuitias quærunt, veras, ac cæleſtes amittant. Sicuti nuper cum magno dolore audiuimus hoc malum in quaſdam Prouincias peruaſiſſe. Nam multi ſpecioſum, & honeſtum ſocietatis nomen ſuis fœneratitijs contractibus prætexendo, hoc quaſi colore, & fuco, mercatoribus, opificibus, negotiatoribus, & alijs perſonis ſuper eorum mercibus, officinis, tabernis, pannarijs, alijſuè rebus, ac bonis pecunias ſuas, aut aliàs res ſocietatis nomine conferunt, vel greges, armenta, aut certa animalia agricolis, ſeù terrarū cultoribus, paſtoribus, alijsq; ruſticis, ſeù quibuſuis perſonis dant in ſocietatem, ſiuè ad ſoccidam (vt vocant) ea conditione, vt ſors ipſa, ſeù caput, quod vulgo dicitur capitale, tam pecuniarum, quàm animalium, & rerum, ſaluum ſemper, & integrum exiſtat pro eo, qui non induſtriam, aut operas, ſeù pecunias, animalia, aut res huiuſmodi in ſocietatem confert, vtq; omne periculum, & damnum ab altero ſocio recipiente ſuſtineatur, cōtra ęquitatem, & ſocietatis iuſtitiam diuerſimodè paciſcuntur: eoſdemq; ſocios cum quibus contrahunt, plerumq; pauperes, & egenos, ſuoq; labore, & induſtria victitantes, ad ſortem, ſeù capitale reſtituendum, quicunq; tandem caſus, & rerum euentus conſequatur, pacto, & obligatione obſtringunt: ſimulq; etiam certam lucri quantitatem, & ſummam veluti tot pro quolibet centenario, in ſingulos annos, aut menſes per alterum ſocium durante ſocietate ſoluendam, præfiniunt, ac præſcribunt, eamq; ſummam, & quantitatem non ſubductis, rationibus accepti, & expenſi, quod in codices, ſeù tabulas ſocietatis referri ſolet,

let,neq; facto calculo, vel computo pro ipſius lucri, vel damni modo variabilem, ſed laborem, & curam computandi, & calculandi ſe inuicem remittere,& renuntiare aſſerentes,quouis tempore certam conſtituunt. Proindè nos, qui hoc potiſſimum munus,noſtræq; paſtoralis ſolicitudinis maximè proprium arbitramur,vt gregem Dominicum fidei noſtræ creditum ab omni offenſione,& æternæ vitæ diſcrimine tutũ,in viam ſalutis cæleſti gratia adiutrice dirigere nitamur,huiuſmodi morbi contagionem antequam in communem fidelium perniciem latius ſerpat,quantùm Deo fauente poſſumus, tollere cupientes: de attributæ nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione.

Damnamus,& reprobamus omnes & quoſcunque contractus, conuentiones & pactiones poſthac ineundos, ſeù ineundas, per quos, ſeù quas cauebitur perſonis,pecunias,animalia,aut quaſlibet aliàs res ſocietatis nomine tradentibus,vt etiam ſi fortuito caſu quamlibet iacturam, damnum, aut amiſſionem ſequi contingat, ſors ipſa ſeù capitale ſemper ſaluum ſit,& integrum à ſocio recipiente reſtituatur,ſiuè vt de certa quantitate,vel ſumma in ſingulos annos,aut menſes durante ſocietate reſpondeatur: Statuimusq; huiuſmodi contractus,conuentiones,& pactiones vſurarios,& illicitos poſthac cenſeri debere,atq; in poſterum non licere ijs, qui pecunias, vel animalia,aut alias res in ſocietatem tradent, de certo lucro, vt præfertur,percipiendo inter ſe paciſci & concordare: neq; etiam,ſiuè ad certum,ſiuè ad incertum lucrũ conuenerint,ſocios,qui ea recipient,ad ſortem,ſeù capitale ſaluum, & integrum,vbi illud caſu fortuito perierit,vel amiſſum erit,reddendum quouis pacto aut promiſſione ſibi obligare:ac ne de cætero ſocietates ineantur ſub huiuſmodi pactis & conditionibus, quæ vſurariam prauitatem ſapiunt,diſtrictè interdicimus,& prohibemus.

Sed potius cuncti nouerint ſocietates huiuſmodi, cum in poſterùm vnus pecuniam,animalia,aut aliàs res & bona, alter vero operam, vel induſtriam cõfert, purè,ſincerè,& bona fide ſicut decet,iuſtis & æquis conditionibus, & pactis, ſecundùm iuris diſpoſitionem, ac ſinè vlla prorſus fraude, palliatione,aut vſurariæ prauitatis labe,aut ſuſpitione ineundas ſeù contrahendas eſſe, ita vt non ad certam ſummam, aut quantitatem ab omni periculo & damno,vt præfertur, immunem, lucri nomine perſoluendam, neq; ad capitale,ſi caſu fortuito perit,reſti-

tuendum,

tuendum, ſocius accipiens teneatur. Si vero finita ſocietate ipſum capitale extat, ei qui illud in ſocietatem contulerit, reſtituatur, niſi ſocio recipienti fuerit communicatum, aut aliter inter ipſos contrahentes ſuper eo legitimè conuentum ſit. Ac prætera ijdem contrahẽtes, fructus, expenſas, & damna in commune conferant, & prout æquum & iuſtum fuerit, ſibi communicent atque diuidant.

Decernentes, ſi qui contractus, conuentiones, & pactiones in futurum contra noſtram huiuſmodi prohibitionem de facto initi fuerint, nullam ex eis tanquam per hanc eandem conſtitutionem noſtram dãnatis, & reprobatis, etiam ſi iuramento, aut in forma Cameræ Apoſtolicæ, vel alias quomodolibet roborati fuerint, obligationem ciuilem, aut naturalem oriri, nullamq́; actionem realem, aut perſonalem, nec iudicis officium, neq; aliud quodcunq; ius cuiquam competere, neq; quoad ſortem, ſeù capitale integrum recuperandum, quod caſu fortuito perierit, aut amiſſum erit, neq; quoad certas ſummas, & quãtitates in ſingulos annos, aut menſes lucri ſocialis nomine promiſſas. Si qui verò in poſterum ſub prædictis conditionibus, & pactis contrahere temerè præſumpſerint, aut prætextu ſimilium contractuum, conuentionum, & pactionum ſocietatis nomine initorum, qui hucuſq; durant, ad exactionem dictæ ſortis, ſeù capitalis, ſiuè illius pretij, & valoris poſtquã illud in toto, vel in parte caſu fortuito perierit, aut amiſſum ſit, aut certæ ſummæ, vel quantitatis annuæ, aut mẽſtruæ ſibi promiſſæ in futurum procedere auſi fuerint, eos vniuerſos, & ſingulos in pœnas contra manifeſtos vſurarios, & fœneratores à Sacris Canonibus, & Concilijs generalibus latas & promulgatas, eo ipſo incurrere, & contra illos vti manifeſtos vſurarios & fœneratores via iuris, alijsq́; opportunis remedijs procedi poſſe, & debere: ſicq́; ab omnibus cenſeri, & ita quoad præmiſſa vniuerſa & ſingula per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales (ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) vbiq́; iudicari, declarari, & diffiniri debere, necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus verò vniuerſis, & ſingulis locorum ordinarijs per quaſcunque Prouincias, & Regna Chriſtiani Orbis conſtitutis, & quibuſuis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ, etiam

de latere

de latere Legatis, ac Vicelegatis,cęteriſq; officialibus,præſertim Prouinciarum & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, vt in ſuis quiſq; Ciuitatibus, Diœceſibus, Prouincijs & locis præſentem noſtram conſtitutionem publicari,& inuiolatè obſeruari curent:& contra perſonas, quæ in futurum prętcr & contra prohibitionem hanc noſtram paciſci, aut exigere auſæ fuerint,tanquam publicos vſurarios, & fœneratores per viam accuſationis,vel denunciationis, aut inquiſitionis, & ex mero officio, prout eis videbitur, procedant: reoſq; culpabiles repertos condignis pœnis, vt ſupra diſpoſitum eſt,afficiant, inuocato etiam, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quarumcunq; Ciuitatum,Prouinciarum,& locorum iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegijs,quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, quorumcunq; tenorũ exiſtant,ſiuè per modum conſtitutionis & legis perpetuæ quomodolibet conceſſis,etiam ſæpiùs approbatis,& innouatis: quæ omnia nolumus cuiquam de cætero ſuffragari. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur,nè vel aliquis earum ignorantiam prætendere valeat,volumus vt illæ in valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe,& S.Ioannis Lateranen. & Cancellariæ Apoſtolicæ, atq; in acie Cãpi Floræ per aliquem ex noſtris Curſoribus de more publicentur, dimiſſis, & affixis earum exemplis in acie,& valuis prædictis, earumq; trãſumptis etiam impreſſis,Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbiq; gẽtium & locorum habeatur,quæ eiſdem originalibus haberetur,ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ dãnationis, reprobationis, ſtatuti,interdicti, prohibitionis,decreti,mandati,& voluntatis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit,indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat.Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1587. 12. Kal. Nouembris, Pontificatus Noſtri Anno II.

E. Dat. A.de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini 1587. indictione 14. die vero 24. Mẽſis Octobris, Pontificatus Sãctiſſimi in Chriſto Patris,& D.N. D.Sixti

diuina

diuina prouidentia Papæ V. Anno eius II. retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in portis, ſeù valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariç Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Claudium Mongeat, & Octauium Taglietum S.D.N. PP. Curſores. Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

B O L L A

Della Santità di N. S. Papa CLEMENTE VIII. Sopra il buon Gouerno, & amminiſtratione dell'Entrate, & beni delle Communità dello Stato Eccleſiaſtico.

1 LA Santità di N.S. Papa Clemente VIII. per la cura commeſſali dal Sig. Iddio di gouernare la Santa Chieſa Romana; & le Città, e Popoli à quella ſoggetti, volendo prouedere, che li beni delle Communità ſuddite ſiano fedelmente, & cō vtilità publica amminiſtrati, tolti via tutti gl'abuſi, che ſin'al preſente ſono paſſati con graue danno del commune, per colpa d'alcuni particolari (liquali hauendo atteſo più all'vtile, & intereſſe proprio, che al publico) hanno conſumato gl'Erarij in coſe vane, & fattoli ſoggetti à debiti inſopportabili; Con queſta ſua perpetua Conſtitutione, ordina, & commanda.

Che in ciaſcuna Città, Terra, Caſtello, ouer luogo dello Stato Eccleſiaſtico (comprehendendo anche Bologna, e Beneuento) ſi faccia in ogni principio d'anno vn libretto, ouer tauoletta, oue ſi ſcriuano tutte le ſpeſe ordinarie, & eſtraordinarie, vtili, & neceſſarie al Commune. Et di quelle che ſaranno certe, & ordinarie, ſi ſcriua eſpreſſamente la ſomma, & taſſa determinata, dell'incerte, & ſtraordinarie ſe ne taſsi generalmente vna ſomma annuale, la qual non ſia lecito eccedere per tutto'l corſo dell'anno. Et che da tutta la ſomma al modo detto taſſata, ſi cauino poi dal Conſiglio generale con l'interuento del Podeſtà, ò Gouernator del luogo le portioni neceſſarie ſecondo occorreranno li biſogni di tutto l'anno.

2 Il detto libretto ſia ogn'anno diligentemente riueduto, corretto, & approuato dal Gouernatore, ò Podeſtà di ciaſcun luogo; & queſta prima volta ſia di più fra 30. dì proſsimi ſimilmente riueduto, corretto, & approuato dal Camerlengo, e Teſoriere generale della Camera Apoſtolica, cancellatone le ſpeſe, che oltre, ouero contro queſta Conſtitutione ui ſi troueranno. Et che dopò eſſerſi regiſtrato gratis in Camera Apoſtolica ſubito fra dieci dì dalla riceuuta ſi rimandi alle Communità.

3 Prohibiſce ſotto pena della diſgratia di S. Santità, & d'altre pene grauiſsime

uiſsime ad arbitrio ſuo,& de' ſuoi Succeſſori,che nè il Camerlengo,nè il Teſoriero,nè loro Notari,Secretarij,Cancellieri,Familiari,Miniſtri, ò Vfficiali piglino coſa alcuna,nè pur vn minimo baiocco per ſigillo,ſcrittura,carta, inchioſtro,caſſetta,cordella, & ſimili coſe concernenti à tal ſpaccio, per la fatica,ò regaglie, ancorche veniſſe loro ſpontaneamente offerto:mà che tutto incontanente, & gratis (come nella Penitentiaria Apoſtolica) ſi ſpediſchi, e rimandi ſenza pagamento alcuno.

4 Di più commanda che'l Camerlengo,e Teſorieri predetti,ſiano in ciò vigilantiſſimi,& ſe trouaranno che alcuno de' ſuoi, ò altri Notari, Cancellieri,Secretarij,Familiari, Vfficiali,ò Miniſtri riceuà coſa alcuna benche minima,procedino anche alla priuatione dell'vfficio contro i delinquenti,li quali per l'auuenire ſiano inhabili d'ottenere non ſolo i medeſimi: ma gl'altri vfficij ancora,con l'eſilio perpetuo di Roma,e ſuo diſtretto,& di pene più graui. Auuertendoli che ſe diſſimulando,ouero in altra maniera ſaranno conſapeuoli,ò partecipi,benche indirettamēte di ſimili eſattioni,anch'eſſi ſaranno puniti ſeueramente ad arbitrio di S.Sāttà.

5 Il detto libretto, ò vero copia di quello come di ſopra approuato, e fra dieci di rimandato non ſolo ſi conſerui nell'archiuij delle Communità:mà in luogo publico ſi attacchi,e ritenga per ſempre,doue ſia veduto da ogn'vno,ſopra la porta della Sala doue ſi fà il Conſiglio publico, ò ſi tien ragione,ò doue il Popolo ſi raguna più frequente. Non ſi poſſa per l'inanzi,ſe non con licenza eſpreſſa (da concederſi gratis) della Camera Apoſtolica,ò vero ſe'l caſo non patirà dimora,del Gouernatore,ò Podeſtà del luogo, il qual poi ſubito ſia tenuto farne auiſati il Camerlengo, e Teſoriere con l'interuento del Procurator Fiſcale del luogo, & eſſaminata la cauſa,mutare,ò alterare il cōtenuto nel libretto,anche ne gl'anni à venire,nè meno ne' caſi ſprouiſti & inſoliti ſi poſſa ſpendere coſa alcuna,oltre al contenuto in quello. Quel di più che oltre alle ſomme taſſate ſarà ſtato ſpeſo,non ſia menato buono dalli Computiſti,ò Sindici: mà ſi ponga à debito di chi l'hauerà ſpeſo,il qual ſia obligato à reſtitutione come di coſa ingiuſtamente tolta.

6 Per maggior oſſeruanza di ciò & vtile delle Communità,ciaſcun Gouernatore,Preſidente,Podeſtà,tanto de' moderni,quanto di quei che ſaranno per l'auenire deputati,da adeſſo, e poi nel principio del loro vfficio,& anco quando entraranno li nuoui Magiſtrati delle Città, Terre, e luoghi,e nel fine del Magiſtrato, ſi faccia dar in ſcritto dalli Priori,Maſſari, Camerlenghi, ò Vfficiali del luogo tra 10. dì dalla riceuuta di queſta, e dal dì che finiranno il Magiſtrato reſpettiuamente,piena informatione delle robbe, & beni communi,e principalmente l'Indice, & le dette de crediti publici di qual ſi ſia perſona,che per le ſopradette, ò altra qualunque cauſa ſia debitore delle Communità, li quali maturati che ſaranno ſubito, ò frà tre, ò al più quattro meſi dalli Magiſtrati, ò Vf-

ficiali del luogo ſi riſcuotano, e mettano nell'Erario.

7 Di quel ch'al fin dell'anno auanzarà fatte le ſpeſe ſcritte nel libretto, ſe ne paghino debiti communi: ſe non vi foſſero debiti s'applichino all'Abbondanza publica, ò al Monte della Pietà, ò in ricuperare, & ricomperare l'entrate, ò beni publici alienati, ò in comprare altri beni ſtabili, con l'interuento però del Gouernatore, o Podeſtà, e Procurator Fiſcale del luogo.

8 Se occorrerà porre detti denari nel Monte della Pietà ſi dipoſitino con conditione, che le Communità poſſino ripigliar il denaro depoſto à loro arbitrio, & ſpenderlo nell'occorrenze permeſſe in q̃ſta Cõſtitutione.

9 Il Procurator Fiſcale di ciaſcun luogo faccia inſtantia dinanzi a' Sindici, o Gouernatore, Preſidente, o Podeſtà, che ſi renda conto dalli Magiſtrati, Vfficiali, quando eſcono d'vfficio fra 10. di d'ogni loro amminiſtratione, conforme al detto libretto, & altre coſe ſopradette, & particolarmente delle partite non riſcoſſe, & trouandoſi eccesso nelle ſpeſe, ouero negligenza circa all'eſſattione, e dilatione de' crediti, ſi proceda cõtro eſſi vſciti d'vfficio del Sindicato alla reſtitutione delle ſpeſe indebite, facendoli pagar del loro ſimilmente le dette non riſcoſſe per negligenza, & di più le pene contenute nella preſente Bolla, dandone il quarto al Procurator Fiſcale.

10 Se dopò i 10. di ſopradetti il Gouernatore, ò Podeſtà ſarà negligente in riueder i conti, aſtringer à pagare, à reſtituire, ouero in eſſeguir le dette pene, ſia egli del ſuo tenuto nel medemo modo all'Erario di rifar il dãno che naſcerà dalle ſpeſe illecite, e dal ritardar l'eſſattioni; come erano tenuti li principali delinquẽti, & che il Procurator Fiſcale del luogo auiſi di tal negligenza il General Procurator Fiſcale della Camera Apoſtolica; Dichiarando che ſia lecito à ciaſcuno del Popolo dar ſimil auiſo, à finche, e nel Sindicato, da coloro à chi tocca, e dal General Procurator Fiſcale della Camera, ſi vada contro delli Gouernatori, Podeſtà, o ſicurtà, che haueranno dato nel ſindicato, di modo che tanto contra di loro, quanto contra i principali rei, ſi debba riſcuoter il danno fatto, li crediti non riſcoſſi, & le ſpeſe non licite: come di ſopra, applicandoſi il medeſimo guadagno alle dette perſone.

11 Et che tanto il Gouernatore, Preſidente, o Podeſtà, quanto il Procurator Fiſcale in ciò colpeuoli, ſiano priuati dell'Vffitij, & incapaci di quelli, & d'altri ſimili per ſempre.

12 Li detti Gouernatori, o Podeſtà, & ſuoi Cancellieri, Secretarij, Notarij, Miniſtri, o Familiari, non poſsino pigliar coſa alcuna, nè pur minima per occaſione di detto Sindicato di dar ſentenza, ouero per componere, o riueder detto libretto, o tauoletta, o per dar dette licenze, o per ſottoſcriuerla, o per far la taſſa, ſotto preteſto di emolumẽto, o regaglie, o per mercede, o per fatica, o qualunque altra cauſa come di ſopra, & ſe con-

trauerranno ſiano puniti nelle pene che ſi contengono in queſta Conſtitutione contra li transgreſſori di eſſa.

13 Prohibiſce anco à ciaſcuna Communità, Vniuerſità, Popolo dello ſtato Eccleſiaſtico, à i loro Senati, Conſegli, Adunanze, Congregationi, Magiſtrati, Amminiſtratori, e perſone particolari, che niun di loro, per qualunque cauſa ancor vrgente, e neceſſaria, ardiſchi contro la Conſtitutione di Siſto V. ſanta mem. che comincia, Inter multiplices, la quale con queſta S. Santità conferma & ampla, di vender i beni, e ragioni ſue, alienare, impegnare, imponerui cenſi, o obligarli, eccetto in caſo di locatione, à breue tempo, e di paghe, & con li fitti non anticipati, non però con ticolo di prender in affitto, nè in altro niun modo per ſe, o per altri obligare, ouero in qualunque modo far debiti, nè mandar Ambaſciatore, o Meſſaggieri alla Sede Apoſtolica à ſpeſa publica, o priuata, ouero propria d'eſſo Ambaſciatore, ancorche ſi offeriſſe di venire, e ſpender del ſuo nè anche ſotto nome d'Agente, Fattore, o Procuratore (eccetto in caſo neceſſario di lite) poſſano mandare, o ritener alcuno in Roma à ſpeſe ſue priuate, o communi, come di ſopra, nè alcuno poſſa riceuere, o eſſercitar detto carico, ſe non con licenza, la quale quanto al poter alienare, & obligare, ſi debba ottener conforme alla Conſtitutione di Siſto V.

14 Quanto al mandar Ambaſciatore, ſi ottenga in ſcritto dal Papa iſteſſo ouero dal Prefetto di Conſulta del Stato Eccleſiaſtico, & chi contrauerrà oltre alle pene della Conſtitutione di Siſto V. ſia anche priuato delli Vffitij già ottenuti, & per l'auenire inhabile, & incapace d'ottener quelli, & altri qualũq; vffitij, cõ eſſer macchiato, e vituperato d'infamia perpetua.

15 Item che niſſuna Cõmunità, Vniuerſità, o loro Collegio, Senato, Adunanza, Congregatione, Magiſtrato, Vfficiale, o particolar perſona dello Stato Eccleſiaſtico preſuma dell'entrate, frutti, rendite, collette, contributioni certe, o incerte, ordinarie, o eſtraordinarie dell'Erario, o maſſa commune, nè meno de loro proprij priuati, & particolari danari poſti in commune volontariamente dare, mãdare, donare preſenti, o doni à qualunque Legato, Vicelegato, Gouernatore, Protettore, Viceprotettore, Preſidenti, Vfficiale, o perſona di qualunque grado, e dignità, tanto ſecolare, quanto Eccleſiaſtica, benche Veſcouo, o Cardinale, nè à loro Parenti, Familiari, e Miniſtri, nè meno circa alle predette, o altre perſone, benche Benefattori, o Protettori vſino ſpeſa alcuna in honorarle, o per occaſion d'hoſpitio, paſſaggio, o di prima entrata, ouero per gratitudine di beneficio riceuuto in fare & ornare loro Archi, Porte, Trofei, Portici, Muraglie, o altra memoria, nè per riceuere con alcuna ſorte de banchetti, o hoſpitio, benche moderato, loro, o ſeguaci, o Miniſtri di quelli, o altra qual ſi ſia perſona.

16 Inoltre che non ſpendano in ſorte alcuna di veſtiti per riceuere, o per andar incontro alle dette perſone, nè diſtribuiſcano denari, o donatiui

publici,

publici,coſe da mãgiare,o da bere,ouero faccino conuiti al Popolo, Magiſtrati, o Vffitiali, oltre al ſalario, & emolumenti, che giuſtamente di laudabil conſuetudine ſi deuono loro.

17 Non ſpendano in mantener giouani à ſtudij,o creſcer la dote à Zitelle non biſognoſe, o in ſpettacoli,ancorche pij nelle Chieſe,o fuor di quelle in qualunque luogo publico, priuato, ſacro, o profano, anche doue ſi fanno rappreſentationi de Santi,nè ſotto preteſto delle coſe predette, o di carità,o d'elemoſina,o d'altra opera pia non neceſſaria,nè contenuta nel detto libretto, ſpendano dett'entrate publiche à pompa, ricreatione, guadagno, o vtilità de priuati; eccetto ſe realmente ſi faceſſe per il culto Diuino,per neceſſità euidente de poueri col Conſiglio, e conſenſo dell'ordinario del luogo,ouero per qualche pio ſpettacolo,permeſſo però dall'vſanza vecchia,e non altrimẽte.da eſprimerſi nel detto libretto, & che la ſpeſa non ecceda la taſſa, che in quello ſarà dal Gouernatore,o Podeſtà del luogo aſſegnata.

18 Neſſun Cittadino,Terrazzano, o habitante, il qual habbia vſurpato beni della ſua Communità,ò Vniuerſità,o che habbia cõ quella lite,ch'à queſt'effetto s'intenda con vna ſola citatione cominciata,o che le ſia debitore per qualunque via che habbia amminiſtrato le publiche entrate durante detta lite,ouero ſin tanto che non reſtituirà il debito vſurpato, darà conto dell'amminiſtratione intieramente con reſtituir effettualmẽte quel che deuerà,ſia eletto,o ammeſſo ad vfficio, o eſſercitio publico nella Prouincia,Città,Terra,o patria ſua,& ſe de fatto ſi contraueniſſe, l'elettione, & amiſſione ſia nulla,& tanto eſſi, quanto l'elettori, Gouernatore,o Podeſtà che ciò permetteranno,& che non faranno eſatta diligenza in ſcoprir tali impedimenti, che nelle perſone predette poteſſino cadere,ſiano puniti con le pene de transgreſſori di queſta Cõſtitutione.

19 Le locationi ouero affitti sì delle gabelle,e datij,come d'ogn'altra entrata,rendite,giuriſdittioni, & emolumenti pertinenti al publico Erario di eſſe Communità, o luoghi,ſi faccino à pieno ſeruatis ſeruandis con le ſolennità requiſite de iure, dà Statuto, o conſuetudine particolare di ciaſcuna Terra, con perſone di fede,e di facoltà idonee,le quali ancora diano buona ſigurtà d'approuarſi nel Conſeglio publico,& in dette locationi,o affitti,ſi metta ſempre il patto,che le Communità debbãno riceuere le loro riſpoſte,fitti,o paghe,in tutto franche & libere d'ogni detrattione,remiſſione,defalco,per qualunque caſo,ancora non penſato, & inſolitiſſimo,di guerra,ſcorrerie di Soldati,guaſto della campagna,ſacco, ſiccità,grandine,tempeſta,fuoco,o inondatione,e più di tutti fortuito, e per qual ſi voglia capo & cauſa, ancor che legitima & vrgente di perdita,o diminutione de frutti tutti,o per la maggior parte di ſterilità, o altra cagione penſata,o conſiderabile,o non,& non ſi poſſano forzare à difalcare in parte alcuna,ancorche de iure foſſero tenute,mà ſempre intie-

tamente ſe li paghino li fitti, & quel che è ſtato promeſſo loro dalli fittuarij, o conduttori ſenza alcuna diminutione, & queſto patto quando non foſſe eſpreſſo nel Contratto per vigor della preſente Conſtitutione vi s'intenda eſpreſſo, come poſto di commun conſenſo de contrahenti; Leuando ogni facoltà di giudicare, o interpretare altramente à tutti i Giudici, anche Cardinali,& Auditori del Sacro Palazzo Apoſtolico.

20 Parimente i Depoſitarij de danari,& dell'entrate publiche di ciaſcuna Communità,non ſi elegghino,ammettino,& deputino ſe prima non danno ſigurtà ad arbitrio del Gouernatore,o Podeſtà del luogo,altrimente che tanto le locationi, o appalti, quanto l'elettioni, o deputationi d'eſſi Depoſitarij,con tutto il ſeguito,ancorche con obligo Camerale, giuramento, & inſtromento foſſino confirmati, ſieno nulli, & li Magiſtrati, o Vfficiali,che haueranno celebrato i contratti,ammeſſo i Depoſitarij, o dato il ſuo conſenſo in Conſiglio publico circa le coſe predette inſieme con gl'altri che haueranno parimente conſentito, ſieno ſoggetti alle pene qui eſpreſſe.

21 Inoltre S.Beatitudine annulla ogni ſorte d'eſſentione,immunità,remiſſioni, condonationi di ragioni, oblighi perſonali,ò reali,& impoſitioni della Camera Apoſtolica,ouero de debiti,riſpoſte,Gabelle,Datij,Dohane,Collette,Suſſidij,Contributioni à qualunque perſona in ogni modo,o pro rata conceſſe per qualunque cauſa ancorche legitima, e de iure permeſſa;come per hauer dodici figliuoli, ancorche foſſe ſenza pregiudicio della Camera Apoſtolica;& approuata dall'iſteſſe Communità,commandando eſpreſſamente,che per l'auuenire non preſumano di concedere ſimili eſſentioni dette di ſopra,reuocãdo tutto ciò che contro queſta prohibitione,o Conſtitutione foſſe attentato,o ſapẽdolo,ò ignorantemente.

22 Item chi à qualunque ſia delli commandamenti,ordini,& prohibitioni eſpreſſi di ſopra contrauerrà,o mancarà d'vbedire & oſſeruarli,o in compagnia,o d'altri,o pur appartatamente,oltre alla reſtitutione da farſi come di ſopra,d'ogni danno ſeguito,ſe ſarà perſona di qualche preeminenza, & che non hauerà fatto ogni sforzo per opporſi alli tranſgreſſori, ſia priuato d'ogni grado,e dignità,Magiſtrato,o Vfficio: L'inferiori ſimilmente dell'vffitij ottenuti,& incapaci alli medeſimi,& ſimili, con infamia perpetua. Et ciaſcuno ſe hauerà il modo,oltre alla detta reſtitutione, ſia tenuto à rifare il doppio del danno dato al publico di ciaſcun luogo, altrimente ſia per tre anni bandito,o carcerato.

23 Similmente quei c'haueranno conſentito tacitamente ſe haueranno facoltà ſiano tenuti al doppio del dãno,altrimente di pena corporale arbitraria de Superiori. Et che il quarto di dette pene ſi diuida fra quei che con loro potere ſi ſaranno oppoſti,ouero ſe dopò l'errore,ancor proprio,ſaranno i primi à riuelarlo a' Superiori.

24 Appreſſo S.Santità rinoua,& amplia le Conſtitutioni di Bonifac.VIII. & di

& di Gregorio XIII. fel.mem. contra chi patuiſce,promette,dà, riceue, poco,o aſſai per ottener gratia,o giuſtitia per ſe,o per altri, & contro i complici,o quei che danno aiuto,conſiglio,o fauore nelle coſe predette, con tutte le pene,cenſure,& eſtenſioni,le quali per le contenute in queſta ſiano accreſciute,& non iſminuite,o mutate in parte alcuna,contra tutte le perſone di ſopra eſpreſſe,che contraueniſſero al prohibito,o laſciaſſero di fare il comandato in quelle Conſtitutioni in ogni caſo contenuto, dando,riceuendo,promettendo con patto,conſenſo,permiſſione,non ſolo appreſſo la Sedia Apoſtolica,ma in qualunque Tribunale,o giudicio, benche Laico, e tanto nella Corte di Roma, quanto fuori, in ogni Prouincia,Città,o luogo dello Stato Eccleſiaſtico.

25 Dichiarando però che reſtano nel ſuo vigore l'altre pene ſtatuite forſe dalle leggi,o d'altra Conſtitutione Apoſtolica, o Statuti, o conſuetudini particolari di ciaſcun luogo, contro chi commetterà, o laſcierà di far coſa alcuna circa alla prohibitione,o oſſeruanza delle coſe predette.

26 Commanda al Camerlengo,Teſoriere Generale,& à tutti Legati, Vicelegati,Preſidenti,Gouernatori, Podeſtà,e Priori, Maſſari, Magiſtrati, & Vfficiali,& à chiunque toccarà, che per il ſuo vffitio procurino di far oſſeruar la preſente Conſtitutione inuiolabilmente, & puniſchino con pene condegne chi contrauerrà. Et principalmente ch'eſſi Legati,Vicelegati, Gouernatori,o Podeſtà, procedino contra qualunque debitore delle Communità, o Vniuerſità, per l'eſattione d'ogni ſomma, & quantità che ſi deue all'Erarij di quelle ſommariamente ſenza ſtrepito di giudicio, e con mano Regia per vigor della preſente Conſtitutione, non oſtante qualunque inhibitione,tanto delli detti Camerlenghi,o Auditore Generale della Camera Apoſtolica, quanto d'ogn'altro Giudice ordinario,o delegato, remouendo ogni appellatione, & con ogni rimedio opportuno iuris,& facti ſimilmente.

27 Non oſtante le Conſtitutioni,& ordinationi Apoſtoliche, & delle dette Prouincie,Città,Terre,Caſtelli, & luoghi particolari confermate con giuramento, è confermatione Apoſtolica, ouero con qualunque auttorità,& non oſtante qual ſi ſia Statuto,o Conſuetudine, Priuilegio, Indulto,& Lettere Apoſtoliche di qualunque tenori,le quali tutte inſieme con ogn'altra,in quanto impediſſero, ritardaſſero, o foſſero contrarie alle coſe predette S.Santità annulla,e diſtrugge à fatto.

28 La preſente Conſtitutione ſia publicata alle porte di S. Giouanni Laterano,à S.Pietro,& in Campo di Fiore, laſciandoui copie, la quale, o Sommario di eſſa latino, ò volgare, ſi ſcriua nelli Statuti delle Communità di ciaſcun luogo,& che almeno due volte l'anno,ne i maggiori Cõſigli ſia publicato,& anche in luogo publico ſi ritenga per ſempre, talmente che venendo à mancare li Priori, Maſſari, Cancellieri, o altri Vfficiali del luogo,ſiano tenuti di rinouarcelo,ſotto la perdita dell'Vffitio, e dell'in-

e dell'inhabilità à quello, & à gl'altri Vffitij nell'auuenire, & di pene più graui, & afflittiue, che incontinente incorreranno. Et ſe ſi potrà commodamente detta copia, ò Sommario ſi ſcolpiſca in marmo.

29 Ciaſcun Legato, Vicelegato, Preſidente, Gouernatore, o Podeſtà, & ſimilmente li Priori, Maſſari, Cancellieri, & Vffitiali communque ſi chiameranno dalle Communità, o Vniuerſità, nel principio de' lor gouerni, prima d'ogn'altra coſa, giurino ſolennemente ſopra l'oſſeruanza della preſente Conſtitutione, & che dopò 30. di dalla publicatione da farſi in Roma come di ſopra, obblighi ciaſcuno, come ſe perſonalmente foſſe loro intimata, & con giuramento riceuuta.

30 Il tranſunto di queſta Conſtitutione ſottoſcritto da Notaro publico, & con ſigillo di perſona Eccleſiaſtica conſtituita in qualche dignità faccia l'iſteſſa fede in giudicio, e fuor di giudicio, che hauerebbe la medeſima Conſtitutione ſe foſſe preſentata, ouero moſtrata. Dat. in Roma nel Monte Quirinale, l'anno dell'Incarnatione del Signore 1592. li 15. d'Agoſto, l'Anno Primo del Pontificato di S. Santità.

L. Dat.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

ORDINI DA OSSERVARSI
Da gli Officiali dello Stato Eccleſiaſtico, in materia di Sportule, &c.

***PIETRO** Per Diuina Miſericordia del Titolo di S. Nicolà nel Carcere Tulliano, di Santa Romana Chieſa Diacono Cardinal Aldobrandino, dello Stato Eccleſiaſtico Generale Sopr'intendente.*

TRoppo graui ſono gl'eccelli da noi vditi delle ſpeſe giuditiali, le quali anco le perſone innocenti non hauendo tal volta forze di ſofferire; o preſenti in giuditio vanno di ſotto, o aſſenti, perche acciò la neceſſità li coſtringe, ſi laſciano à torto condannare. Volendo noi adunque prouedere à queſti inconuenienti.

Ordiniamo & commandiamo che nell'auuenire non ſi debbano dare ſportole, ſe non in caſo che nel proceſſo ſieno inditij ſecondo la qualità del delitto ſofficienti ad inquirere. L'iſteſſo dichiaramo che debba oſſeruarſi quando ſarà ſtato proceduto per accuſa, ouero per querela.

Et doue ſi haueranno à pagare ſportole, ordiniamo che debbano oſſeruarſi le

ſi le Taſſe ſtabilite da noi, o da noſtri Preceſſori, non oſtante qual ſi voglia conſuetudine, o per meglio dir, corruttela.

Et perche per le male qualità de' tempi è ſtato neceſſario di raffrenare la temerità de gli huomini con pene più graui; acciò che quel che ſi è fatto per ſicurtà, & conſeruatione della pace frà ſudditi, non ſia loro più oltre cagione di ruina, & di perdita di facoltà; dichiariamo & vogliamo che le ſportole & altre mercedi de' Giudici, o de' loro qual ſi voglia ſoſtituti & eſſaminatori (ſe pure per l'eſſamine ſi douerà pagar coſa alcuna) & anco de' Barigelli, & altri quali ſi ſiano eſſecutori, debbano regolarſi, & moderarſi dalle pene delle Conſtitutioni della Marca, in quei luoghi doue elle ſono in vſo, o da gli Statuti che al preſente ſono in oſſeruanza, o dalla ragione commune. Et ſe ſi agitterà ſolamente in virtù di qualche Bando, ſi paghi ſolo la metà di quel che ſi pagherebbe riſpetto alla pena del Bando.

Nelle cauſe, nelle quali ſi tratterà di pena arbitraria, perche non ſi troui eſpreſſa certa pena dalla legge, o dalla conſuetudine, ſi paghino le ſportole nell'iſteſſa maniera che ſe ſi foſſe proceduto à pena pecuniaria; purche non eccedano tre ſcudi. Ne i delitti leggieri, come ſono riſſe di femine, o di Giouani minori di quattordici anni ſenza ſangue, ſi aſtengano affatto dal prender coſa alcuna.

Queſto medeſimo generalmente vogliamo che ſi oſſerui nelle cauſe di qual ſi voglia perſone miſerabile.

Et in niun caſo vogliamo che ſi poſſano raddoppiare, o in qual ſi ſia minima ſomma accreſcere le ſportole, ſotto colore che la cauſa ſia commiſſaria; ancorche la commiſſione foſſe Apoſtolica; non oſtante qualunque conſuetudine o altro che faceſſe in contrario.

Dichiarando che non intendiamo con le preſenti noſtre innouare o alterare coſa alcuna in quei luoghi, ne' quali i Giudici non pigliano ſportole, o ſono ſoliti di oſſeruare modo, o Taſſa più leggiera, & à Popoli più fauoreuole.

Ne' caſi che ſoleuano già ſpedirſi per abolitione ſenza citatione di parte con molto poca ſpeſa; ancorche al preſente non poſſano ſpedirſi per la Conſtitutione di Siſto Papa V. di felice memoria ſenza citare il Fiſco; Ordiniamo nondimeno che le ſportole, & le mercedi de' Giudici, & de' Notari, & altri quali ſi ſieno non eccedano la ſomma per l'adietro douuta ſecondo le Taſſe, o la ſolita, doue non ſono Taſſe. Et ſe per auuentura ſarà in ciò particolarmente infin' ad hora introdotto qualche abuſo, ordiniamo che debba ridurſi à gl'antichi termini, come con effetto lo riduciamo. E s'alcun Giudice piglierà qualche coſa contra, o diuantaggio del modo ſopraſcritto in alcuno de' caſi predetti, ancorche ſia vna volta ſola, & che pigli da perſona che paghi di ſua ſpontanea volontà, vogliamo ch'incorra nella pena del decuplo, cioè di 10. volte

altretanto, d'applicarſi al Fiſco, oltre all'intereſſe della parte. La ſeconda volta nella pena di 100. ſcudi, & la terza nella medeſima pena di 100. ſcudi, & della priuatione dell'Vffitio, & della inhabilità ad ottener quello o altro nel tempo à venire; Le quali ſeconda & terza pena habbiano luogo, benche per lo primo o ſecondo eceſſo reſpettiuamente il Giudice non foſſe ſtato in niuna maniera, etiandio eſtragiuditialmente auuertito. Et l'iſteſſe pene s'intendano impoſte ancora al Notario, il quale piglierà in depoſito le dette ſportole, o in altro modo cooperarà al Giudice in alcuno de' caſi ſudetti.

Et affinche queſti noſtri ordini ſi mandino ad effetto con maggior ageuolezza, vogliamo che la Taſſa sì de' Giudici, come de Bargelli & altri, ſi tenga in lingua volgare, appiccata nelle Segretarie, & Cancellarie, in luogo tale che poſſa eſſer veduta & letta da tutti; ſotto pena al Secretario, & Cancellieri principali (i quali in queſto caſo doueranno eſſer tenuti anco per la colpa & difetto de' Soſtituti) di ſcudi 25. la prima volta che mancheranno, la ſeconda di 50. & la terza di 100. & della priuatione dell'Vffitio. Le quali ſeconda & terza pena s'incorrano ancorche per lo primo & ſecondo mancamento non foſſero ſtati puniti, o ammoniti in verun modo.

Se per auentura in alcun luogo non ſi trouerà Taſſa confermata per auttorità Apoſtolica, vogliamo che ſi faccia fra vn meſe, da incominciarſi dal giorno della publicatione delle preſenti, chiamati & rauunati i Priori, & Sindici delle Città, & de' luoghi, & il Priore, & il Sindico del Collegio de Dottori, doue ſarà, & doue non ſaranno, in vece loro due de' più vecchi Dottori & Procuratori, & col loro parere. Et che frà 10. altri giorni ſi mandi in man noſtra; ſotto pena della noſtra diſgratia.

Et in tutti i predetti caſi il Giudice non pigli ſportole, ſe non dalle mani del Notario della cauſa, & ſottoſcritta & publicata che hauerà la ſentenza, ouero fatta almeno che hauerà eſpreſſa o tacita concluſione in cauſa, & dato in ſcritto i dubij ſe ſaranno dimandati. Et anco in queſti caſi debba il Notario notare il depoſito delle ſportole, & il pagamento di eſſe fatto al Giudice in vn libro, da tenerſi publicamente, & da moſtrarſi ſenza replica à chiunque vorrà vederlo. Il qual Giudice debba ſubito dietro all'iſteſſa cedola della ſentenza, ſcriuere di propria mano tutto quel che hauerà riceuuto per le ſportole in queſta maniera. Accepi pro ſportulis ſcuta tot, ſeù Iulios tot, ſoggiongendo la ſottoſcrittione del proprio nome, del cognome, & del Magiſtrato. Et ſe per alcuna cagione forſe darà la ſentenza gratis, ſcriua l'iſteſſo nel luogo, che ſi è detto, con queſta parola gratis. Et il medeſimo s'oſſerui ne' Decreti di qual ſi voglia ſorte, per li quali ſi paghino ſportole, o altre mercedi; ſotto pena al Giudice, & al Notario, che contrauerranno ad alcuna delle coſe già dette, di ſcudi 100. per la prima volta; & del doppio,

pio, d'applicarſi alla parte, alla quale vogliamo che ſi preſti fede, ſe l'annotatione non ſarà fatta come di ſopra, & la ſeconda volta, ſotto la pena d'altretanti ſcudi, & della priuatione dell'Vffitio, & altre à noſtro arbitrio; ancorche della prima contrauentione non ſi ſia trattato in giuditio in neſſun modo.

Il medeſimo, che ſi è detto de Giudici intorno al fare riceuuta delle ſportole, & mercedi à coloro che le pagheranno, vogliamo per l'iſteſſe anzi maggiore ragioni, che s'oſſerui da qual ſi voglia, Cancellieri, & Notarij quanto alle mercedi delle coſe giuditiali, & da Bargelli, & Eſſecutori: non oſtante qualunque ſtile, o conſuetudine; ſotto le medeſime pene.

Et acciò che queſti Ordini ſi mettano ad eſſecutione come ſi deſidera, vogliamo che di ſimili difetti ſi dia auiſo à Noi almeno nel tempo del Sindicato, tolta à Sindicatori, la facoltà di pronuntiare ſopra alcuna di queſte coſe, ſenza prima hauerne dato conto à Noi, o noſtri Succeſſori; ſotto la medeſima pena à i Sindicatori, & al Notario del Sindicato, ſe auerrà che alcuno di eſſi in pronuntiare, o in ſcriuere attentino qualche coſa contra quel che di ſopra ſi è detto.

Oltre à ciò auuertiamo i medeſimi Giudici che per deſiderio di guadagnare ſportole, non ſi pongano à trauagliare gl'innocenti, o ad aſſoluere i colpeuoli: mà veramente hauendo Dio Noſtro Signore inanzi à gl'occhi, amminiſtrino loro giuſtitia con bilancia eguale, percioche s'eglino faranno altrimenti, non anderanno, anco quanto à queſto capo, ſenza la debita punitione.

Vogliamo che tutti queſti Ordini habbiano luogo in tutto lo Stato Eccleſiaſtico, & s'oſſeruino inuiolabilmente: & accioche ſieno manifeſti à tutti, & durino nel loro valore in perpetuo, & à poco à poco non ſi dimentichino; ordiniamo che s'affigano ad vna tauola, & coſi affiſſi, ſi attacchino in luogo publico in tutte le Cancellarie di ciaſcuna Città, Terra, Caſtello, & luogo del detto Stato, & anco che ſi regiſtrino, & ſcriuano ne' libri delle medeſime Cancellarie à perpetua memoria. Non oſtante qual ſi voglia ſtile, o più toſto abuſo, o altro che faceſſe in contrario. Dat. in Roma nel Palazzo Apoſtolico, nella Sacra Conſulta à 3. di Gennaro 1595. L'Anno Terzo del Pontificato del Santiſſimo S. N. CLEMENTE per Diuina prouidentia Papa VIII.

Pietro Card. Aldobrand.

Luogo † del Sigillo.

Criſtoforo Caſteletti Secretario.

CONSTITVTIO S.D.N. SIXTI PAPAE V.

Quod Banniti à Regno Neapolis in locis S. R. E. per Officiales non aſſecurentur, ſed capti ad Proregem remittantur, & èconuerſo. *vide fol.* 191.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ALia fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter, exulibus, facinoroſisq; hominibus non in ſtatu ſolum temporali Sedis Apoſtolicę, ſed ferè vbiq; in Italia impiè & crudeliter graſſantibus, ac populorum pacem & quietem perturbantibus, cogitans ei malo nullum aptius reperiri poſſe remedium, quàm ſi vicini Principes in id cōcordandi animo conſentirent, vt pro ſua quisq; parte prouideret, ne exules & criminoſi prędicti tuto alicubi conſiſtere poſſent, nec ex vna ditione ad aliam receptus eis daretur, re cum Prorege Neapolitano tunc exiſtente communicata, & facta ab eo promiſsione, parē ſe gratiam in eo relaturum Sedi Apoſtolicæ; omnibus Magiſtratibus, ac Officialibus & ſubditis S.R.E. inhibuit, ne bannitos, & criminoſos homines prædictos è Regno Neapolitano eiectos, vel aufugientes receptarent, aut ſaluos facerent, quinimo caperent, & ipſi Proregi, vel eius Officialibus traderent & conſignarent, prout in literis dicti Prædeceſſoris in forma Breuis die 1. Febr. Pōtificatus ſui Anno I. editis plenius fuit expreſſum. Quare cum idem nunc vigeat morbus, vel etiam ex ſuperiorum tēporum malitia ſeu licentia; adeo creuerit, vt ad illum extinguendum maiori quàm vnquam antea opus ſit cura & vigilantia: Nos Pij Prædeceſſoris prædicti veſtigijs, & conſilijs inhętentes, ac dilecti filij nobili viri Petri Ducis Oſſunæ Proregis & Locūtenentis generalis chariſsimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici in dicto Regno ſupplicationibus inclinati, præſentium auctoritate, prohibemus omnibus & ſingulis Legatis, Vicelegatis, alijsq; miniſtris, & officialibus noſtris, ac pręcipuè Gubernatori Ciuitatis noſtrę Beneuentanę, ſeu eius Locumtenenti, ne ab eis, aut eorum aliquo in Ciuitatibus, Terris, & locis noſtris, & dictę Sedis, hęretici, rebelles, ſacrilegi, falſarij, monetarij, raptores, pacis violatores, latrones, aſſaſsini, homicidæ, viarum graſſatores, & alij qui bannitos armari concomitantur, à Regno prędicto exules aliquo modo recipiantur, aut ſecuri vel tuti fiant: quinimo capiātur, & carceribus mācipentur, ac ipſi Petro Duci, & Proregi: vel Officialibus, & Miniſtris ſuis ad omnem eorum requiſitionem capti remittātur, & non capti cuiuſcunq; dignitatis fuerint, & ſiuè de prædictis delictis, vel aliquo eorū inquiſiti, & damnati, vel alias in contumaciam tātùm banniti ſimiliter capiantur, ac vt præfertur tradantur, quoſcunq; ſaluos conductus & ſecuritates eis hactenus forſan conceſſas reuocantes, & ne in poſterum concedantur, omnino prohibentes. Pręterea ſi contigerit aliquem ex Terris, & locis noſtris, & dictę Sedis oriundum in prædicto Regno aliquod delictum committere, illum pręcipimus ab officialibus, & miniſtris noſtris, ſi in eorū poteſtate fuerit, puniri, perinde ac ſi delictum ipſum in terris noſtris commiſiſſet: ac ēt vt miniſtri & officiales dicti Proregis, delinquentes prędictos intra fines & territorium ſtatus noſtri Eccleſiaſtici per ſpaciū decem milliariu in Villis, & Caſalibus, ac Terris, quę tamen muris carent, capere, & captos ſecum abducere liberè & licitè valeant permittimus. Quod ſi fortè tam in dicto Regno, quàm in ditione noſtra temporali reperiantur aliquę perſonæ Eccleſiaſticæ ſęculares, vel regulares ēt in dignitate conſtitutę, quę bannitos, ac nepharios, & ſceleſtos prædictos in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs, Cellis, ſeu locis quouis prætextu recipere, detinere, vel occultare au-

tare audeant, cõcedimus dictis officialibus Regijs, vt Eccleſias, Monaſteria, Cellas, ſeù loca huiuſmodi ingredi, ipſosq; bannitos & delinquentes inde extrahere, & ſi opus fuerit, ipſas ẽt perſonas Eccleſiaſticas & religioſas capere, & carceribus Eccleſiaſticis dumtaxat mancipare, ac cum interuentu, & aſsiſtentia ſuorum Superiorum, vel locorum ordinariorum, ſeù eorum Vicariorum, vel officialium illos examinare, ac ſi eiſdem Superioribus ex inditiorum & facti grauitate ita videbitur, torquere, & contra illos ad pœnas in prędictis literis contentas per manus tamen prædictorum Superiorum, & non aliter procedere abſq; aliquo cenſurarum, vel alterius pœnę incurſu poſsint, & valeant. Quibus quidem Regijs officialibus, & miniſtris diſtrictè etiam ſub excommunicationis pęna pręcipimus & mandamus, vt quam eis in hac exequutione (publicè quietis, & ſalutis cauſa) tribuimus auctoritatem, ea ne ad vexandos Eccleſiaſticos abutantur, ſed qua decet reuerentia, & moderatione, nec niſi vrgente neceſsitate contra illos agant, & in Eccleſijs, locisq; ſacris à ſanguinis effuſione, & ab omni alia vi, quę immunitatem Eccleſiaſticam labefactare, & ſcandalum populo præbere poſsit, diligenter caueant & abſtineant. Et ſi ẽt acciderit, quòd pro bono regimine alicuius Terræ, Caſtri, ſeu Villę dicti Regni, aliquę familiæ de mandato Proregis, ſeù miniſtrorum eius inde expellantur, ſeù alias ad confinia, ſeù certa loca tranſmittantur, nemini liceat illas familias, aut earum aliquam in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico receptare, aut eis ſaluum conductum, ſeù tolerantiam tacitè vel expreſsè concedere: quinimò vt illas capiant, & miniſtris Regijs conſignent, iubemus: ita vt receptatores prędictorum expulſorum, ac eiſdem auxilium, conſiliumvel ſauorẽ publicè, aut occultè præſtantes, eiſdem pęnis quibus receptantes bannitos Status Eccleſiaſtici affici, & puniri debeant. Mandantes propterea omnibus & ſingulis Communitatibus, & Vniuerſitatibus, ac Magiſtratibus, officialibus populis, & particularibus perſonis nobis ſubiectis, necnon miniſtris, & officialibus ipſius Proregis, vt circa pręmiſſa exequẽda vbi opus fuerit, omnem ſauorem, & auxilium præbeant. Quæ quidem omnia eò libentius fecimus atq; decreuimus, quia idem Prorex, & per ſuas literas, & per dilectum filium Ferdinandum de Torres, (cui negociorum eiuſdem Regni ſpecialis cura imminet) ſignificauit nobis & pollicitus eſt, ſe cuncta ſuperius expreſſa, vt in dicto Regno à ſuis miniſtris, & officialibus erga nos obſeruentur, ſedulò mandaturum, & curaturum. Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutisq; & conſuetudinibus quarumuis Prouinciarum, Ciuitatum, & Locorum, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis etiam ſub titulo Maris Magni comprehenſis; quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, eorumue ordinibus, Eccleſijs, Monaſterijs, ac illorum Superioribus quoquomodo conceſsis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Iulii 1585. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Io. Baptiſta Canobius.

Anno à Natiuitate Domini 1585. Indictione 13. die vero 4. Menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris & D.N. D. Sixti Diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo, Supraſcriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Catherinum Menandi, & Nicolaum Tagliettum, præfacti Sanctiſsimi D. N. Papæ Curſ.

Io. Freile Mag. Curſ.

INDEX TITVLORVM.

A

AVgmento pœnarum in offitio Catapani. fol. 34
Animalia Molendinorum formalia non intrent. 42
Animalia per campos vbi ſunt gregne non intranda ibid.
Aduocato & procuratore 61
Adulterijs, lenonibus, & ſtupris. 89
Ante domum luctuoſam non cantandum, neq; citationem faciendum. 96
Augmento & diminutione pœnarum. 98
Abolitionibus pænarum ibid.
Aſſumptia & ſepo vendendis. 29

B

BArbitonſoribus, & ſanguine humano non proijciendo in vijs. 23
Bucceriis. 27
Barricello. 51
Blaſphemia 83
Bilancijs Ciuitatis. 35

C

CIuibus creandis, & recipiendis. 21
Ciuium immunitate 15
Clauibus ciuitatis, & earũ cuſtodibus. 17
Catapanis, & eorum officio 24
Ciues diſcordes ad pacem cogantur. 98
Ciues pariter vendant in domibus propriis cum ponderibus, & menſuris ſignatis 26
Candelis vendendis. 29
Creditur iuramento domini coloni, vel procuratoris accuſantis in damnis datis. 39
Canes certo tempore collaria cum ancinis portantes. 42
Contractibus mulierum 64
Contractibus pupillorum, vel minorum ſtulti, vel prodigi. 65
Contractibus illicitis. 65
Columbariis. 69
Compromiſſo. 69
Ceſsione bonorum, & beneficio quinquennali. 78
Compoſitionibus. 98
Conſulibus, & eorum auctoritate. 15

D

DOganerijs. 25
Damnis datis. 35. 37
Damnis datis cum animalibus, & pæna exigenda ſecundum temporis qualitatem 40
Damnum euidenter appares graue, & patratoribus vllo modo repertis, per cuſtodes animalium, vel conuerſantibus in contrada emendetur. 41
Defenſe in locis apertis, vel incultis vetite qui modus in eis habendos. 43
Deputatione Gubernatoris, Præſidis, vel Locumtenentis. 49
Depoſitario pignorum 57
Dilationibus dandis. 60
Die ſabbathi ante domos infra certum tempus mundare. 21
Dotis reſtitutione. 62
Dote confeſſata 63

E

ELigendis magiſtris hoſpitalis Annunciatæ. 8
Electione Capitaneorum fratrum iuratorum 8
Eligendo Theſaurario, & Syndico. 8
Eligendo Ambaſciatore. 10
Executione inſtrumentorum. 66
Ædificio in muro communi. 68
Equo, vel alio animali morboſo vendito. 71

F

Orma iuramenti præſtanda per ciues. 13
Facientibus & vendentibus imbrices,ſeu phinchos. 34
Fetragini damnum non inferendum cum animalibus. 46
Furtis in platea 47
Forma iuramenti officialis. 59
Funeris impenſa. 63
Ferijs. 76
Furtis. 91
Filijs familias non mutuetur, nec vendantur bona aliqua ſub credito. 92
Falſis. 93

H

Ortulanis. 31
Homicidijs. 88

I

Mmunditijs proijciendis in lauinis. 21
In area aliena donec non fuerit derelicta, inuito domino victualia non adunanda, nec trituranda 38
In oliuetis, alijsq; locis, arboribus & vitis conſitis animalia non ponenda, vel tenenda 46
Iudice ciuili, ſeu Vicario. 49
Iuratis curiæ & præcone. 55
Iure congrui. 71
Initijs ad torturam. 81
Iniurijs verbalibus. 85
Iniurijs corporalibus, & vulneribus, ſeu percuſsionibus cum armis, vel ſine. 86
Incendiarijs. 94

L

Icet capere animal inferens damnum. 43
Libris mercatorum, & aromatariorum. 65
Litigioſis. 67
Locationibus operarum. 73
Ludo. 23

M

Odo eligendi conſiliũ, & eius poteſtate. 5
Morticinia in viis, & infra foſſos proijcienda nullatenus 21
Molendinariis 29
Modo procedẽdi in ciuilibus. 59
Modo procedendi in criminalibus. 79
Matrimonio contrahendo, & dotis reſtitutione. 62
Modo pignorãdi debitorem & forma ſeruanda in exequendo. 77
Muliere non carceranda 100
Modo inferendi torturam. 82

N

Vndinis & eorũ iudice. 18
Notarijs contractuũ. 19
Non liceat exteris niſi per tres dies in territorio Beneuẽtano animalia tenere etiã nullũ inferendo damnũ. 47
Nouo opere conſtruendo. 68
Ne quid vltra taxam exigatur. 109

O

Fficio iudicis portulaniæ, & catapanorũ. 24
Officiales cũ ad officiũ admittuntur. 53
Offenſis factis DD. Cõſulibus. 87
Officio comentarienſis ſeu caſtellani. 99
Offitio portulaniæ. 20

P

Rocuratore fiſcali. 10
Protomedico. 17
Porcis intus ciuitatem certo tẽpore non tenendis. 21
Pon-

Pondera & bilanciæ iuſta habendæ. 25
Pomarolis. 32
Panecteriis, ſeu vendentibus panem. 32
Pęna dānū in vineis, & hortis inferētis. 38
Pęna percutiētis, ſeu interficiētis aīalia. 39
Pluuiali tempore in terris maieſtatis animalia non imittendo. 42
Prata cū defenſa iudicantur cum temporis diſtintione. 44
Pęna ingrediētium vineas & hortos pręter voluntatem domini. 45
Pęna furti palorū, cānatū, ſarmētorū &c. 45
Pergulis & arboribus. 69
Partionarijs vinearum. 74
Procuratore ad allegandum cauſam abſentiæ, & carceratorū viſitatione. 81
Pęna reorum 83
Pęna euntium de nocte. 84
Prohibita delatione armorum. 84
Patricidijs. 88
Pęna turbantiū aliquem in ſua poſſeſsione. 94
Proprios filios exponentibus, & alienos ſupponētibus, & abortū procurātibus. 95
Pęna aliquē teſtari prohibentis, & libera teſtatoris voluntate exequenda, & teſtamentorum validitate. 96
Pęna incidentes arbores fructiferas. 38
Pęna incidentes arbores. 97
Priuatis carceribus. 97

Q

Quod nemo poſsit exercere duo officia. 14
Quod officiales non poſsint cogere quēquā ad aliquid ſibi dandum. ibid.
Quod à feneſtris immunditiæ non proijciantur. 22
Quid ſolui debeat pro ſigillo imponēdo in ponderibus & menſuris. 26
Quod Regnicolæ ad officia Ciuitatis aſſumi non poſsint. 50
Quando conductor expelli poſsit. 75
Quid ſeruandum deficientibus ſtatutis. 99

R

De duobus vendita. 70
Re furtiua alteri vendita. 71
Repreſalijs. 71
Receptatoribus furū & aliorū delinquentium. 22

S

Syndico, & eius officio. 9
Stillicidijs. 69
Syndicatu officialium. 99
Sportulis caſtellani, ſeu commentarienſis. 108

T

Theſaurario Ciuitatis. 8
Tabernarijs, & eorū menſuris. 26
Torcularibus ſeu palmentis, & quis prius vindemiare debeat. 74
Tortura teſtibus adhibenda. 82
Taxa Domini Rectoris. 101
Taxa mercedis Domini Vicarij. 102
Taxa mercedis actuariorū curiæ ciuil. 103
Taxa actuarij criminalis. 105
Taxa notariorum Ciuitatis. ibid.
Taxa mercedū DD. Aduoc. & Proc. 107
Taxa Medicorum. 108
Taxa Cancellarij. 109

V

Viæ publicæ mundæ ſeruentur. 22
Vias publicas non licet deuaſtare. ibid.
Vendentes carnes ſalitas, tunninam, & caſeum. 29
Vendentibus piſces. 33
Vendentibus lac. 34
Via iter & actus per loca priuata non facienda niſi cum cauſa. 39
Vineæ & horti ſine temporū diſtinctione ſub defenſæ ſint. 44
Vineis & damnis in eiſdem illatis, & pęnæ adiectione. 45
Venatoribus non liceat cum canibus, & auibus venari per vineas, & loca ſeminata. 48
Vecturalibus vini. 74
Vicino exoſo, meretricibus, & alijs in vicinia non permittendis. 75
Vſuris. 91

F I N I S.

Index

Index Capitum in literis Apoſtolicis, & Sacræ Conſultæ contentorum.

A

AFfidati etiam ſi Ciues Beneuētan. creati fuerint nullum armorum genus geſtare nec in numero fratrum iuratorum aſcribi valeant. fol. 156. 185
Appellare liceat in cauſis criminalibus 169

B

BOna Eccleſiarum, & Cameræ Apoſtolicæ in emphiteuſim concedi poſsint 132
Barricellus per ſubſtitutum officium exercere non poſsit, qui duodecim milites habere debeat 140
Beneficia Eccleſiaſtica Ciuibus originariis Beneuentanis conferantur 170
Bona non confiſcentur: ſed tantùm vigeſima per fiſcum capi poſsit 170
Bulla boni regiminis 207

C

COnceſsio gabellæ carnium & vini 130
Cauſæ ciuiles in primis & ſecūdis inſtantiis extra Ciuitatē Beneuēti cognoſci non poſsint 130. 136. 155
Clerici tenentur ſoluere gabellā vini quod vltra vſum ponunt cauſa mercimonii 130. 132. 135
Ciues ſeù incolæ, nec ad rectoris, aut Vicarii, aut Mareſcalli officia aſſumi poſsint 131
Ciues ex priuilegio domicilium in Ciuitate habēte s, originariis parificantur 138
Conſilium non poſsit conuocari niſi in loco ſolito 140
Conſules magiſtratu durante, nec ciuiliter nec criminaliter, dummodo de pœna capitali, aut perturbatione Status Communitatis non agatur, conueniri non poſſint 141
Ciues exteris præferantur in quibuſcunque venditionibus, aut locationibus 153
Copie ſcripturarum in archiuio Communitatis exiſtentium eadem fides habeatur ac ſi eſſent originalia ipſa 187
Conſtitutio Pii V. ſuper forma creandi cenſus 200
Conſtitutio Sixti V. ſuper contractibus ſocietatum ad capud ſaluum 203
Cauſæ ſummam decem ſcutorum non excedentes ſummariè terminentur 157

D

DEcreta per R.P.D. Ioffredum Lomellinum Viſitatorem Apoſtolicum facta 115
Item alia auctoritate Pauli III. condita 142. 150
Item alia de mādato Clementis VIII. Pont. Max. firmata 183
De delinquentibus in Regno Siciliæ in Ciuitate Beneuenti affidandis 146. 147. 163. 170. 185. 191. 218.
Diſtributio officiorum inter Nobiles, & Populares 181. 195
Decreta de ſportulis officialium criminalium 214

E

EXemptio Hoſpitali Sanctiſsimæ Annunciatæ, illiuſque rectoribus, perſonis, & bonis conceſſa 133. 155
Extinctio litium motarum ratione bonorū in emphiteuſim conceſſorum, & conceſſionum huiuſmodi conualidatio 173
Exteri poſsidentes bona ſtabilia in Territorio Beneuētano annuam recognitionem Communitati perſoluant 188

F

FRatres iurati arma tam in Ciuitate, quàm extra geſtare valeāt, nec per Gubernatorem euocari poſsint, niſi publica quies turbaretur, vel niſi ipſe Gubernator, ſeù Locūtenens perſonaliter interuenerit 156

Guber-

G

Gubernator in rebus ad Communitatem ſpectantibus, vbi non agitur de Sedis Apoſtolicæ intereſſe, aut de quieto, & pacifico Statu Ciuitatis non ſe intromittat 139

Gubernator & ceteri officiales Sindicatui ſtari debeant. 131.139.145.153.157

H

Habitantes in Ciuitate, & Territorio Beneuentano pro quibuſcunque debitis boues aratorii nullatenus obligare valeant, nullaq; executio ſuper illis fieri poſsit fol. 160

Habens ſcripturas ad Communitatem ſpectantes infra 15. dies afferat archiuio Cõmunitatis ſub pœna maioris excommunicationis. 187

I

Iuriſdictio in ſingulis nundinis ad Communitatem in exteros tantùm pertineat dummodo non veniat imponenda pœna corporis afflictiua 141

In quibuſcunque impoſitionibus non intelligatur comprehenſa Ciuitas Beneuenti 170

In exequendo, ac vendendis executionibus factis pro pœnis ciuilibus obſeruetur, quod eſt ſtatutum in venditione executionum ad inſtantiam priuatorum. 199

M

Medii fructus beneficiorum in reparationem & fabricam Eccleſiæ conuertantur. 131

N

Nullus admittatur ad dilationem quinquennalem niſi portet birrectum viride, & ſeruata forma motus proprii Pii Papæ IIII. fol. 158.161

Nullus extrahat, aut extra archiuium Cõmunitatis extrahi permittat ſcripturas originalia ſub pœna maioris excommunicationis 187

Nemo petat ſuffragia pro obtinendis officiis Communitatis, ſeù petenti illa promittat, ſeù præſtet, ſub pœna 25. ſcutorum, & inhabilitatis per triennium ad officia ipſa. 194

O

Onus reale, vel perſonale Ciuibus Beneuentanis nõ poſsit per quinque officialem imponi. 130

P

Pœna aliquem percutientis 140

Portæ Domorum, Apothecarum, & Molendinorum non claudantur pro executionibus, quæ fiũt pro cauſis ciuilibus. 196.197

R

Regnicolæ ad officia Communitatis aſſumi non poſsit. 197

S

Securitas præſtatur Beneuentanis per totũ Regnum, & quod nihil pro bonis, quæ ibi poſsident ſoluere teneantur 115

Semel abſolutus per ſentẽtiam diffinitiuam, ſiuè per gratiam ſuperiorum vlterius, niſi legitima cauſa ſubſiſtente moleſtari valeat ſtatuta à reformatoribus Apoſtolicis reuiſa ad vnguẽ obſeruentur 169

Sportulæ in cauſis Commiſſariis non excedat duplum eo quod ſoluitur in cauſis ordinariis. 198

V

Vicarius Temporalis immediatè dependeat à Sede Apoſtolica. fol. 141

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LAVS DEO.